

bitio, appellatio seu querela etiam ad Sedem Apostolicam interposita, executionem quoquo modo impediatur, aut suspendatur.

Sed ad effectum devolutivum bene admittitur appellatio etiam a correctione, ut patet ex alio ejusdem Concilii decreto, nempe ex c. 1. §. 13. ubi statuitur, ut in causis visitationis, & correctionis ab Episcopo, seu illius Vicario ante diffinitivam sententiam ab interlocutoria, vel alio quocumque gravamine non appelletur. Nec Episcopus seu Vicarius appellacioni hujusmodi tanquam frivola deferre teneatur, nisi gravamen hujusmodi per diffinitivam sententiam reparari, vel ab ipsa diffinitiva appellari non possit. Quibus verbis aperte admittitur in causis correctionis licere appellare post diffinitivam sententiam, vel antea si gravamen sit irreparabile. Hoc autem intelligi debet quoad effectum devolutivum, non autem suspensivum, & ita Sacra Congregatio Concilii hoc decretum intellexit, & conciliavit cum præallegatis decretis c. 1. §. 22. c. 10. §. 24. Nam consultata in causis visitationis, & correctionis appellari possit post diffinitivam: respondit posse: ita tamen, ut appellatio non suspendat executionem, ut sanctum est c. 10. §. 24. c. 1. §. 22. Item consultata an decretum c. 10. §. 24. fulserit appellacionem devolutivam: censuit non sufficere devolutivam, sed suspensivam tantum; Et quavis Episcopus ad faciat tanquam Sedes Apostolicæ delegatus, prout habetur in d. c. 10. tamen cum jurisdictione jure suo ordinario etiam ante Concilium competere; non impedire appellacionis devolutivam ad Metropolitanum.

10 Et iterum suborta dubitatione an in materia correctionis, ubi Episcopus etiam sine processu, & sine scriptis carcerat subditos, & tenet diu carceratos, possit Metropolitanus cognoscere de excessu in corrigendo, si carcerati appellaverint ad eum: censuit posse dummodo interim non impediat, aut suspendat executionem eorum quæ ab Ordinario decreta fuerint.

11 Cæterum si Prælati regularis excederet modum in corrigendo, tunc licet subdito appellare ad utrumque effectum; & ita procedit textus in c. De priore, infra eod. in c. Super questionem. §. Nos autem supra, de off. deleg. licet appellatur ab exco-
12 Vincent. & post eos Jo. Andr. num. 6. in glof. ubi ibi, ubi dicit posse Monachum sicut, & Clericum appellare, si correctio fiat in forma judiciali, & est mens gloriæ, ut. hic, & Holl. num. 2. dum dicunt idcirco a correctione non posse ap-

pellari, quia sit ad penitentiam, & extra formam iudicij; innoentes per hoc secus dicendum esse, si procedatur servato ordine iudicario.

14 Et hanc sententiam alias probavit Sac. Congregatio Concilii. Consultum enim Auditor Cameræ, an cum episcopi servata tela judiciali ferant sententiam diffinitivam contra delinquentes, habeant locum decreta Concilij de visitatione loquuntia, & præcipue c. 10. §. 24. adeo ut appellatio ad effectum suspensivum nullatenus debeat admitti etiam si sententia lata fuerit ad puniendum delictum blasphemæ, vel adulterij, Sac. Congregatio censuit appellacione correctionis morum non comprehendi blasphemiam, & adulterij correctionem, seu punitionem, quando Episcopus judicialiter processit, cognovit, & pronuntiavit. Ita omnes excepto Cardinali Carafa, quibusdam adarum, mensium, vel annorum. Secus si aliterum diem.
12 Et facta assignatione per numerum mensium quod dies sint computandi.
13 Et an dies assignationis computetur in termino, remiss.
14 Exco-
15 Clausula appellacione remota, quid operetur.
16 Appellari non potest sententiam diffinitivam, etiam nulla causa expressa, & sufficit dicere, Appello.
17 Quod procedit etiam in causis electionum, licet in his rursus sit casus exprimeri.
18 Item procedit etiam in appellacione, que fit a iudice extra iudicium.
19 Appellatio a diffinitiva cum expressiore causa manifeste frivola non tenet.
21 Appellari non potest a diffinitiva nisi gravet.
22 Sufficit tamen qualecunque gravamen etiam modicum.
23 In appellacionibus recipiendi a diffinitiva, & inhibicionibus decernendis servari debet forma c. Romana, de appellat. lib. 6. & Decretum S. Congregationis Episcoporum.
24 Appellatio admittitur secundum Canones ab interlocutoria, vel gravamine aliquo, dummodo concurrant decem, que hic exprimentur.
25 Appellatio sub conditione quatenus proposita petitio non admittatur, non valet.
26 Appellari potest ab interlocutoria de iure civili quando non expectantur alia sententia diffinitiva.
27 A sententia, qua quis pronunciat se iudicem incompetentem appellari potest etiam secundum leges.
29 Appellatio ab interlocutoria vel alio gravamine ante diffinitivam in quibus casibus admittatur ex Concil. Trid. c. n. §. 1. & §. 2.
30 Appellari potest post sententiam diffinitivam etiam in causis visitationis, & correctionis, sed ad effectum devolutivum tantum, non suspensivum, nisi gravamen sit irreparabile.
31 Sententia diffinitiva, que sit.
32 Et que sententia quasi diffinitiva, c. n. 34.
33 Sententia lata super possessione dicitur quasi diffinitiva.
35 Appellatio a diffinitiva in multis casibus non admittitur.
36 Metropolitanus non potest cognoscere de gravamine ante diffinitivam, nec simpliciter mandare ut sibi transmittatur copia processus expensis appellantis.

Sanctitas sua Congregationis sententiam approbavit, ut si Episcopus judicialiter processit ad diffinitivam non comprehendatur hic casus appellacione correctionis morum, & detur appellatio etiam suspensiva nedum in prædictis duobus casibus blasphemæ, & adulterij, sed etiam in omnibus aliis similibus ubi cum Episcopo judicialiter processit.

DE APPELLATIONIBUS.

Cap. Super eo, il secondo.

S V M M A R I U M.

1 Appellari potest secundum Canones etiam ante, quam post litem contestationem, in actu probationis sententia, & post secundum leges vero post sententiam duntaxat, c. n. 16. & seqq.

2 Et ratio differentie triplex assignatur.
3 Instantia casationum de iure civili perit triennio, sed de iure canonico causa instantiam non habent, & cur.
Et quid post Concilium Tridentinum. n. 29. in fin.

4 Appellans temere puniatur de iure civili, non autem de iure canonico.
5 Appellari potest secundum Canones etiam extra iudicium, non secundum leges.
6 Sententia appellacione venit diffinitiva.
7 Appellacione remota an, & qualiter intelligatur remota recusatio, c. n. 2. & seq.
8 Recusatio iurisdictionem suspendit, sicut appellatio.
9 Terminus iudicij assignatur in rescripto ad causam diffiniendam currit a tempore presentationis litterarum, & non ante.

10 Quod procedit quo ad exercitium iurisdictionis, non autem quo ad vires rescripti.

11 Item procedit si tempus fuerit limitatum per numerum dierum, hebdomadarum, mensium, vel annorum. Secus si aliterum diem.

12 Et facta assignatione per numerum mensium quod dies sint computandi.

13 Et an dies assignationis computetur in termino, remiss.

14 Exco-
15 Clausula appellacione remota, quid operetur.

16 Appellari non potest sententiam diffinitivam, etiam nulla causa expressa, & sufficit dicere, Appello.

17 Quod procedit etiam in causis electionum, licet in his rursus sit casus exprimeri.

18 Item procedit etiam in appellacione, que fit a iudice extra iudicium.

19 Appellatio a diffinitiva cum expressiore causa manifeste frivola non tenet.

21 Appellari non potest a diffinitiva nisi gravet.
22 Sufficit tamen qualecunque gravamen etiam modicum.

23 In appellacionibus recipiendi a diffinitiva, & inhibicionibus decernendis servari debet forma c. Romana, de appellat. lib. 6. & Decretum S. Congregationis Episcoporum.

24 Appellatio admittitur secundum Canones ab interlocutoria, vel gravamine aliquo, dummodo concurrant decem, que hic exprimentur.

25 Appellatio sub conditione quatenus proposita petitio non admittatur, non valet.

26 Appellari potest ab interlocutoria de iure civili quando non expectantur alia sententia diffinitiva.

27 A sententia, qua quis pronunciat se iudicem incompetentem appellari potest etiam secundum leges.

29 Appellatio ab interlocutoria vel alio gravamine ante diffinitivam in quibus casibus admittatur ex Concil. Trid. c. n. §. 1. & §. 2.

30 Appellari potest post sententiam diffinitivam etiam in causis visitationis, & correctionis, sed ad effectum devolutivum tantum, non suspensivum, nisi gravamen sit irreparabile.

31 Sententia diffinitiva, que sit.

32 Et que sententia quasi diffinitiva, c. n. 34.

33 Sententia lata super possessione dicitur quasi diffinitiva.

35 Appellatio a diffinitiva in multis casibus non admittitur.

36 Metropolitanus non potest cognoscere de gravamine ante diffinitivam, nec simpliciter mandare ut sibi transmittatur copia processus expensis appellantis.

37 Appellari potest a gravamine etiam irreparabili, quando iudex extrajudicialiter procedendo gravat partes.

38 Sententia interlocutoria qua dicitur.

39 Tortura inferri gravamen irreparabile, & ideo ab illius comminatione datur appellatio.

40 Carcer inferri omni, & gravamen continuum, & longum et ante tempus appellandi a gravamine carcerationis.

41 Carcer regulariter instituitur est ad custodiam, & locus sanctus est.

42 Carceratus etiam custodia causa dicitur lucere panam in corpore.

43 Carcer infamiam irrogat, & damnum irreparabile, c. n. f.

44 Appellacioni ab indebita carceratione Ordinarius tenetur deferre, & processum transmittere ad Metropolitanum, res tamen interim manente in carceribus.

45 Index appellacionis iurisdictionis gravamine ante diffinitivam an debeat principalem causam remittere ad Ordinarium.

46 Censura Ecclesiastica trahit secum executionem, & ab ipsa appellatur ad effectum devolutivum tantum, non suspensivum.

47 Sed a comminata censura datur appellatio ad utrumque effectum.

Sententia excommunicationis est potius interlocutoria, quam diffinitiva ubi.

48 Appellatio in iudicio non admittitur a futuro gravamine, nisi illud sit irreparabile.

49 Citatus ad dicendam causam quare non debeat excommunicari, potest appellare.

50 Secus si citetur ad dicendam causam quare non debeat declarari excommunicatus.

51 Appellari non potest vivax eadem sententia excommunicationis proferret, c. n. §. 1.

52 Actus spirituales est penetrabilior, quam actus humanus.

SUPER EO. Ipsum se summat, sed per alia verba sic summati potest. Secundum Canones appellatur etiam ante sententiam. Secundum leges non, nisi in quibusdam casibus. Hoc dicit primò. Appellatio, & recusatio parificantur in hoc, quod sicut in appellacione requiritur causa probabilis, ita & in recusatone. Hoc secundò juxta verum, & communem intellectum. Terminus iudicij assignatur ad causam decidendam non incipit currere nisi a tempore presentationis rescripti. Hoc tertio dividitur in tres partes prout sunt tria dicta. Secunda ibi, in causis, Tertia ibi, si autem.

1 Nota primò, ex prima part. textus insignem differentiam inter jus canonicum, & jus civile in materia appellacionis: nam de jure canonico appellari potest quatuor temporibus. Primò scilicet ante litem contestationem. Secundò post litem contestatam. Tertio in ipso actu prolationis sententia, id est dum sententia legitur, de quo est casus hic, qui non reperitur alibi, secundum Bald. n. 6. Quarto post sententia promulgationem, concordat §. Patet ergo, vers. Tempus vero, qui habetur post c. Qui scit, 229. §. 2. c. Cum sit Romana, sup. eod. De jure civili autem exceptis quibusdam casibus ante sententiam non appellatur, ut hic l. Apertissimi, c. de indic. l. fin. c. de sentent. interloc. omni. iudic. & l. Ante sententia tempus, c. Quorum appell. non recipiunt.

2 Prima ratio differentie est, quia de jure civili per appellacionem a diffinitiva reparantur omnia gravamina in processu illata. Unde cum leges civiles inspiciant solum gravamen, & pars in effectu non remaneat gravata; quia aut obtinebit in definitiva,

men in hujusmodi appellacione, facta in iudicio decem requiruntur, quorum si vel unum defuerit non valebit appellatio. Primum est causa gravaminis illati, vel comminati, ut e. Cum cessante, inf. eod. Secundum ut causa huiusmodi sit probabilis, id est talis ut si foret probata deberet legitima reputari, ut si foret probata deberet legitima reputari, ut in d. c. Ut debitus & c. Cum spectari, §. Excessu, inf. eod. & c. Romana. §. Cuius auctem, eod. tit. lib. 6. Tertium ut sit vera, e. Interposita, inf. eod. Quartum ut sit expressa, c. Cum causam, inf. eod. ut d. c. Ut debitus. Quintum ut appellantis petitio non sit admissa, ut in d. c. Interposita. Sextum ut propterea, quod petitio non admittebatur extiterit appellatum, cap. Dilige, Salsi, inf. eod. quod est contra quosdam iuris imperitos, qui proposita exceptione dicunt & appellamus si eam non admittatur nam talis appellatio non impedit quin valeat quicquid sit postea. Septimum, ut appellatio fiat in scriptis. Octavum, ut petantur Apostoli, quia petens Apostolos dicitur non appellasse. Rota dec. 50. nu. 2. & 3. de appell. in nova. Nonum, ut si appellatus hoc petierit veniat instructus appellans, & hanc tria probantur in d. c. Cordi, inf. eod. lib. 6. Decimum ut appellatio fiat intra decem dies, c. Romana, & c. Concertationi, inf. eod. lib. 6. c. Bone, de confirm. util. vel iur. c. Cum inter, & c. Quod ad consultationem, de re iudic. ita Holt. in summ. eod. tit. §. Qualiter sub §. Ego Marimum. & in e. Dilige, inf. eod. & in d. c. Cordi, Archid. dicitur in ver. Permissis, & in c. Non ita, in glo. 2. q. 6. & Henr. Boich. in d. c. Ut debitus, col. 4. vers. Super eod. c. Si quarum utrum in appellacione, inf. eod.

tivam sententiam ab interlocutoria, vel alio quocunque gravamine non appetitur: nec Episcopus, seu Vicarius appellacioni huiusmodi tantquam frivole deferre teneantur; nisi gravamen huiusmodi per diffinitivam sententiam reparari, vel ab ipsa diffinitiva appellari non possit, ut latius habetur in e. r. fess. 3. ac deinde hoc decretum extendendo ad causas omnes ad forum ecclesiasticum pertinentes in c. 20. sess. 24. decrevit ut appellaciones per superiores quoscuque non recipientur, nisi à diffinitiva, vel diffinitivè vim habente, & cuius gravamen per appellacionem à diffinitiva reparari nequeat: & quia sic restrinxit facultatem appellandi; propterea causas ecclesiasticis instantiam biennii præfixit in eod. c. 20. in prim. ad quod vide quæ dixi supra num. 2.

30 Ex quibus decretis collige in iudicio posse in univerium appellari in quatuor casibus dumtaxat. Primò scilicet à sententia diffinitiva, ut in d. c. 20. quod procedit etiam in causis visitationis & correctionis, ut in d. c. 1. fess. 13. licet in his appellatio executionem non suspendat, ut statuitur in e. r. in prim. sess. 22. & in c. 10. fess. 24. & ita in causis prædictis post diffinitivam sententiam admititur appellatio devolutiva, sed non suspensiva, nisi gravamen esset irreparabile, quia tunc liceat appellare ad utrumque effectum, ut declarat S. Congregatio ejusdem Concilii interpres. Dicitur autem sententia diffinitiva, quæ principali quæstioni finem imponit, ut dicitur gl. in Clem. an in ver. Diffinitiva de sequest. possess. & fruct. post Speculm. in tit. de sent. pro. col. 1. vel quæ finem imponit toti causæ in iudicio deductæ, secundum Abb. in Rub. de sent. & re iudic. in fin. sed magis placet diffinitio glossæ, quia quando pronunciantur iuper aliquo articulo, super quo facta sit principalis sententia, sententia dicitur diffinitiva, licet finem toti causæ non imponat, ut ex Bart. accurate deducit Imola in l. 1. §. in col. ult. ff. de prætor. stipul. & sequitur Felin. in Rub. de sent. de re iudic. num. 2. vers. Et adde. Idem tenet Bald. conf. 378. pro parte cuiusdam, in princ. lib. 1. & Romanus, conf. 337. Dicitur in prim.

32 Secundo appellari potest ex Concilio à sententia habeute vim diffinitivæ, quæ ab aliis appellatur quasi diffinitiva, ut colligitur ex gl. magna in c. Consultationibus, post median. vers. Quæ diffinitive procederet, stipul. offic. deleg. & novat Abb. loc. cit. num. 6. vers. Repetitur quadam quasi diffinitiva, qualis est sententia lata super possessorio nam habito respectu quod potest deinde intendi periculatorium, non dicitur ex toto diffinitiva.

34 Unde sententia quasi diffinitiva generaliter illa dici potest, quæ expectat aliam diffinitivam potest, ut notat gl. in Clem. ult. in ver. Repletionem, post med. vers. Item si sententia super peremptorio, de appellat. & ita in hoc secundo casu à pari procedunt Concilium, & jus civile.

Tertio appellatur ex Concilio ab interlocutoria, vel alio quocunque gravamine quando gravamen huiusmodi per diffinitivam sententiam reparari non potest, ut in d. c. 1. in fin. vers. Nisi gravamen, sess. 13. & d. c. 20. post prim. sess. 24. quod etiam licet secundum leges, ut dictum est supra in 2. reg. n. 28. Exempla gravaminum huius generis habebis in num. 39. & seq.

35 Quarto ex Concilio appellari potest ab interlocutoria quocunque sententia diffinitiva appellari non potest, ut expressè habetur in d. c. 1. in fin. puta à sententia super manifesto, & notorio crimine, vel de quo quis in iudicio confessus

hæc existit, juxta textum in c. Romana, §. Si autem, inf. eod. lib. 6. & in quæ pluribus aliis cæsiis, quos ad n. 45. post Specul. in tit. de appellat. recentior Maranta in ultima parte Speculi: & huc notat casus coincidit cum illo, qui ponitur in d. c. 20. sess. 24. videlicet quando gravamen per appellacionem à diffinitiva reparari non potest: nam ubi ab ipsa diffinitiva non potest appellari, utique non potest reparari gravamen per appellacionem ab ipsa diffinitiva, ut ex se patet. Unde hoc casu admititur appellatio ex utroque decreto Concilii Tridentini, sicut à iuribus de iure civili, ut firmatum est sup. ead. 2. reg. Extra hos casus ab interlocutoria, vel quovis alio gravamine ante diffinitivam sententiam hodie in iudicio appellari non licet, quæmadmodum licebat de iure veteri; atque hæc Decretalis, & c. Cordi, inf. eod. lib. 6. cum concordant supra c. in i. not. quatenus permittunt appellacionem ante diffinitivam à quocunque gravamine, hodie modificata, & restricta sunt à Concilio, & restricta ad terminos iuris civilis ex ratioabilibus causis in præallegato c. a. ex ar. rati. Unde Metropolitani in S. Congregationis sententia non potest cognoscere de gravamine ante diffinitivam, nec potest ad effectum prædictam absque ulla inhibitione mandare simpliciter, ut sibi transmittatur copia processus expensis appellantis.

37 Hæc vendicant sibi locum, ut prædixi, in appellacionibus, quæ interponuntur in iudicio, alias secus ut ead. S. Congregatio declaravit: nam proposito dubio an decretum Concilii sess. 24. c. 20. in prim. locum habeat quando Ordinarius extra iudicialiter procedendo gravat partes, adeo ut non liceat partibus à tali actu extrajudiciali ad alios Superiores iudices appellare, seu reclamare, quatenus id jus permittat; sed omnino causa gravaminis in prima instantia coram eod. Ordinario cognosci debeat: Responsum est. Hoc casu non habere locum decretum Concilii. Unde iura, quæ permittunt appellacionem extra iudicium à quocunque gravamine etiam reparabili per diffinitivam sententiam ut in d. c. Cordi, in hoc non sunt correctæ à Concilio, sed in ea tantum parte, in qua concedunt posse appellari ab interlocutoria, vel alio gravamine iudicialiter illato, est autem sententia interlocutoria, quæ inter principium, & finem causæ fertur super his, quæ incident, vel emergunt, ut diffinit gl. in Clem. 1. in ver. Diffinitiva, de sequest. possess. & fruct. & dicitur interlocutoria vel quia iudex causam non diffinit, sed interlocuitur inter principium, & finem; vel quia inter partes loquitur lo sine solennitate scripturæ pronunciat, ut post Goffred. inquit Holtm. summ. hoc tit. §. 2. in prim. Plenè Ant. de Butr. conf. 6. Per totum, & Abb. in Rub. de sent. & re iudic. num. 6. vers. Interlocutoria est, sed de hac, & aliis diffinitivibus interlocutorie, & de ratione dignoscendi à sententia sit interlocutoria vel diffinitiva vide plene per Felin. in d. Rubr. de sent. & re iudic. n. 2. Alex. Jaf. & Doctor. in Rubr. & in l. 2. quæ iussit, de re iudic.

39 Ex conclusionibus ut supra firmatis inferitur primo, ut à decreto torture, vel illius comminatione ex Concilio Tridentino detur appellatio ad utrumque effectum, sicut datur de iure civili, ut ex. notab. in l. 2. ff. de appellat. recip. ubi si iudex interlocuitur aliquem esse torquendum, admititur appellatio; nempe quia gravamen huiusmodi postea reparari non posset per appellacionem à sententia diffinitiva, & ita ibi notant Bart. & om-

nes Franc. hinc in 2. not. & alii communiter. Navar. conf. 2. n. 2. de appell. ubi tenet jus civile in hoc concordare cum dispositione Concilii.

40 Inferretur secundo, ut ob eandem rationem detur appellatio ab indebita carceratione; quia scilicet cum gravamen illatum cohzet per se, postea reparari non posset: Carcer enim dicitur mala mansio, ut est textus cum gl. in l. Si hominem, ff. De postu. & in l. Apud Labeonem, §. Quæstionem, ff. de iniur. & gravior pena est in carcere detineri, quam laborare in agro seu in opere publico, ut probat textus in l. in serorum, ff. de pænis: & ibi notat gl. 2. Imo carcer dicitur species servitutis in l. 1. & 2. ff. de liber. hominum, exhibendo: & species tormentum, ut notatur in Clem. 1. de heret. & pet Bald. in l. Si clericus, n. 1. C. de Episc. & archiep. Non iugitur mirum ut sicut à decreto torture, ita & à captura personæ detur appellatio, prout concludit ibi Bald. & sequ. hic Abb. n. 3. Franc. in 2. not. & Præpos. n. 7. Guidop. dec. 236. ubi dicit omnes, & gravamen continuum inferri ex carceratione: ideoque nunquam transire tempus appellandi à gravamine carcerationis, & semper posse appellari.

41 Non obstat quod carcer sit regulariter ordinatus ad custodiam, non autem ad penam, ut l. Aut damnum, §. Solent, ff. de pænicōsque locus sanctus sit, sicut muri civitatis, l. Sacra, §. Proprie, & l. in ff. de ver. divisi. Raph. Caman. conf. 106. Ca. sus rati, in fin. quoniam id verum est inspecta principali intentione, sed nihilominus penam inferre secundario, quia detentus in carcere etiam culto hæc causa dicitur luere penam in corpore, ut notat Angel. in l. Si quis, id quod, ff. de iuris. l. 3. om. ind. & quamvis relaxari possit, tamen incurrit aliquam infamiam notam, & damnus ex toto irreparabile, ut tradit Alex. conf. 17. Requisitus, col. 3. num. 7. lib. 1.

44 Demum hanc sententiam aliis probavit Curia: nam cum Episc. Brun. inter cætera consultasset S. Congreg. Concilii, An quod decreto Conc. Trid. sess. 13. c. 1. & alio sess. 24. c. 20. de reformatione detur appellatio quod per appellacionem à diffinitiva reparari non potest intelligi possit, & debeat de gravamine indebitæ carcerationis: S. Congregatio respondit, ita esse intelligendum; & ideo ab huiusmodi gravamine appellari posse, & Ordinarium teneri huic appellacioni deferre, & teneri processum transferre ad iudicem appellacionis: Interim tamen reo manente in carceribus, donec iudex appellacionis causa cognita aliud iusserit: carceratio enim irrogat infamiam, & damnus irreparabile, Bald. Castren. & Alex. in l. 4. §. Condemnatum, ff. de re iudic. Præpos. in c. Super eo, l. 2. col. 3. de appell. & Franc. ibid. in 2. col. Quod si iudex appellacionis pronunciaerit carceratum esse gravatum, debet relaxari à carcere, sed non ideo tota causa avocanda, puta carceratus propter concubinatum, si appellat cognoscet Metropolitani si legitima indicia erant ad carcerandum, si non erant iubebit excarcerari, si erant debet pronuciare ut maneat in carcere, sed neutro casu debet prosecui causam in meritis concubinatus, sed relinquere Episcopo. Quam sententiam Congregationis Sanctiss. probavit: ita reperit ad notatum in libris publicis S. Congr. qui olim pones me asserabantur: sed decretum fuit postea editum nomine Sanctiss. lūque ad vers. Carceratio enim. Omisi etiam posteriori clausula, quæ loquitur de remissione causæ ad Episcopum super negotio principali: forte quia de iure, quando appellatur à gravamine ante sententiam diffinitivam,

vam, iudex appellacionis datur quasi sub conditione quoad principalem causam unde primò cognoscit & de gravamine; & tunc si invenit appellacionem minus legitima pronunciat male fuisse, appellatum, & remittit partes ad priores iudices appellantes in expensis condemnando: sed si invenit appellacionem legitimam esse, pronunciat bene appellatum fuisse, & hoc casu non remittit partes ad iudicem gravantem, sed ipse procedit super principali. Hic est casus in c. *ut debitus*, vers. *Cum autem*, inf. eod. ubi sic declarat gl. pen. communitate approbata. Unde Abb. *ibi*, n. 8. ex textu colligit iustificata appellacione ab interlocutoria iudicem ad quem succedere loco iudicis à quo i & Præpos. n. 12. Similiter ex eo textu colligit regulam quod appellacione legitima pronunciat devolvitur ad iudicem ad quem negotium principalis: & propterea procedit in illo. Idem probat tex. a contrario sensu in c. *Romana*, §. *in*, inf. eod. lib. 6. licet S. Congr. alias voluerit hoc dubium declarare; etenim consulta, an si pendente causa in prima instantia coram ordinario, ante diffinitivam à gravamine per eum illato appelletur ad Metropolitanum debeat iustificato gravamine ad Ordinarium causa remitti, vel potius apud eundem Metropolitanum in eadem instantia terminari, non obitate decreto Concilii c. 20. sess. 24. Respondit quoad causas ex juris communis dispositione ad Ordinarium necne remittendas, nihil innovasse Tridentinum Concilium.

46 Inferitur tertio, ut cum à censura Ecclesiastica, qualis est excommunicatio, suspensio; & interdictum, c. *Quærentis*, de verbis, signis. non appelletur ad effectum devolutivum; quia trahit se cum executionem c. *Pastoralis*, §. *Verum*, inf. eod. c. *Ad reprimendam*, sup. de off. Ordin. & c. *is cui*, de sent. excom. Innoc. 47 in c. *Per tuas*, n. 3. in verb. *Ab solvere*, eod. tit. licitum sit appellare à comminata censura; quia etiam illi ius sententis sit potius interlocutoria, quam diffinitiva, ut notat Innoc. in d. c. *Per tuas*, gl. in sum. 2. q. 1. Jo. Andr. in c. *Venerabilibus*, de sent. excom. lib. 6. & Doct. in Rub. de re iud. tamen semper infert gravamen quod per appellacionem reparari non potest; & ideo ante sententiam admittitur appellatio ab hoc futuro gravamine ex his, quæ dicta sunt sup. num. 29. ita ut si comminata excommunicatio appellatum fuerit excommunicatio postea lata sit ipso iure nulla. ut c. 1. & ibi gl. 2. 48 sup. eod. & d. c. *Per tuas*. Quamvis enim regulariter in iudicio non detur appellatio à futuro gravamine, ut hic, & in c. *Ut debitus*, inf. eod. & notat Felin. in c. *Significaverunt*, num. 9. de re lib. tamen hoc fallit, si comminata gravamen sit irreparabile, qualis est censura Ecclesiastica, ut per Felin. in c. *Cum non ab homine*, n. 12. sup. de iud. & Duen. in reg. 42. n. 3.

49 Quamobrem citatus ad dicendam causam quare non debeat excommunicari potest appellare, & Ordinarius debeat huic appellacioni deferre, ut ex dictis constat; & secus est si quis citetur ad dicendam causam quare non debeat declarari incidisse in excommunicationem, quia cum à declaratoria detur appellatio etiam suspensiva præterquam in judicialibus, c. *Sole*, in fin. de sent. excom. lib. 6. Rot. dec. 2. n. 5. de dol. & contum. in novis. Roman. conf. 481. In casu permisso, n. 9. vers. *Præterea videmus*, Felin. in c. *Rodolphus*, n. 43. de resor. illius comminatio non infert gravamen quod reparari non possit per appellacionem à diffinitiva; & ideo à Concilio prohibita est appellatio, Quam differentiam inter comminationem excommunicacionis ferendam, & comminationem declaratoris ex-

communicacionis jam late ponunt Fel. & Duenn. ubi supra, & sapius probavit S. Congregatio eisdem Concilii Interpres.

51 QUÆRO, an viva voce possit appellari dum sententia excommunicacionis profertur.

Format hanc quaestionem Host. in sum. de sent. & re iud. §. *Qualis*, sub §. *Per a*, vers. *Quid si excommunicato*, & disputat egregie Jo. Andr. in c. *Cum sunt pariter*, num. 2. de reg. iur. lib. 6. in Mercur. Quoad effectum devolutivum non cadit dubitatio; quoniam appellatio devolvit, etiam si fuerit interposita post latam excommunicacionem, ut dictum est sup. num. 46. sed quaestio est quoad effectum suspensivum.

Pro solutione sic distinguitur, aut constat verbum, appello, fuisse pronunciatum ante prolationem verbi, excommunicato; & excommunicatio non tenet tanquam lata post interpositam appellacionem, c. *Per tuas*, inf. de sent. excom. Aut constat verbum, appello, fuisse pronunciatum post verbum, excommunicato, & non valet appellatio tanquam interposita post excommunicacionem, cum censura trahat secum executionem d. c. *Pastoralis*, §. *Verum*, inf. eod. cum alijs sup. alleg. n. 46. Probatur hæc distinctio in c. *Si duo de procur. lib. 6.* ubi non ponderatis præambulis sitis, ille ex pluribus procuratoribus censetur occupasse vel prevenire, qui prius litem est contemtus; sic in proposito non considerantur præambula, vel exordia sententiae, vel appellacionis, sed solum quis in substantialibus illorum actum prævenierit quod probant iura ibi allegata in gl. *in ver. Litem contestacionem*, & in his conveniunt Doctores. Aut est dubium quis præveniat, an scilicet in prolatione verbi, appella, an Episcopus in prolatione verbi, excommunicato, & sunt opinionem. Jo. Andr. in d. reg. cum sunt pariter, num. 1. in fin. vers. *Secundo vero casu*, cum quo transit hic Jo. de Imol. nu. 2. concludit eum esse ligatum: & præsumi excommunicacionem præcessisse. Ratio est, quia de iurisdictione Episcopi, & de communicacione constat de præcedente verò appellacione non constat, allegat. c. *Venerabilibus*, 52 ad fin. & quod ibi not. de sent. excom. lib. 6. præsertim quia excommunicatio est medicinalis, c. 1. eod. tit. & lib. 6. & actus spiritualis est penetrabilior, quam actus humanus, secundum quod notat Innoc. in c. *Præterea*, §. 2. inf. hoc tit. & pro hac opinione optime facit gl. *aut*, ut in d. c. *Venerabilibus*, in ver. *Postquam*.

Contrarium tenet Bald. hic num. 7. qui videtur sentire in dubio præsumi appellacionem præcessisse per l. *Si quis id quod*, vers. *Quod si dum proponitur*, ff. de iurisd. om. iud. & per l. *Archidiaconus*, ibi incipiente nasci, ff. de stat. hominum: nam reus per appellacionem incipit liber esse.

Placet mihi distinctio Præpos. hic n. 3. vers. *Et forte*, quæ colligitur ex dictis Innoc. in c. *Cum tu*, sup. de re lib. videlicet ut prima opinio Jo. Andr. procedat in foro conscientie, in quo debet quis in dubio sequi partem tutiorem, & æstimare se censuram innoxiam. Ad quod allego textum optimum in c. *Illud*, inf. de Cler. excom. missis. Host. & Jo. Andr. in c. *in n. 3. sup. de bigam. facit c. Ad audientiam*, c. *Significaverunt*, n. 2. & c. *Petrus de bonis*. Secunda autem opinio Baldi obtineat in foro contentioso, in quo iudex in dubio non debet iudicare quem excommunicatum, arg. c. *Si quis*, §. *de iust. & c. Innoc. 22. q. 4. pro qua distinctione vide bonam gl. in c. *in ver. Æstimare*, sup. de serat. S. Tho. 2. 2. q. 60. art. 4. & quod scripsi in c. *Ne imitari*, num. 140. & 164. de consil.*

DE APPELLATIONE.

Cap. De Priore.

S V M M A R I V M.

- 1 Appellacioni interposita ad Papam non deferrem mittitur cum litteris Ordinarij, ad Curiam puniendus.
- 2 Subditus potest Prælatum suum propter eius excessum manifestus appellare ad Superiorem.
- 3 Appellari potest à correctione Prælati & Regularis si sit manifeste criminofus.
- 4 Prælati notorie criminofus non potest subditum corrigere.
- 5 Prælati quantumcumque notorie criminofus, & irregularis ante depositionem potest iurisdictionem in subditos exercere.
- 6 Notabilis id est infamis redditur quis propter delicta, & malos mores, & n. seq.
- 7 Pœna potest se habere ad bonum, & ad malum.
- 8 Appellacioni etiam extraiudiciali non deservit puniendus est.
- 9 Si appellatio sit iusta, & rationalis: alias secus.
- 10 Index peccat deserendo appellacioni manifeste frivole.
- 11 Et quid in appellacione ab interlocutoria.
- 12 Appellatio in dubio præsumitur iusta, eique est deferendum.
- 13 Appellatio à correctione morum non admittitur. & n. 28. 29. & 34.
- 14 Nisi Prælati etiam Regularis modum excedat in corrigendo.
- 15 Auditor Camera an in causis Regularium possit concedere monitoria, & inhibitiones, & cum quibus clausula, distinguitur, & num. seqq. usque in fin.
- 16 Quid in causis Regularium Episcopi subiectionum. Et quid in causis Ordinarijs, quæ veniunt inter diversas Religiones, num. 20.
- Et quid in causis inter Regulares, & Seculares sive Clericos sive laicos, num. 21.
- Et quid in causis Prælatorum Regularium Sedi Apostolicæ immediate subiectionum, num. 22.
- Et quid si agatur de debito, salario, vel contractu in Curia inito, num. 23.
- Et quid si agatur de executione litterarum Apostolicarum, vel decretorum sacrarum Congregationum, num. 24.
- Et quid si rei sponte se constituant in carceribus, num. 25.
- Et quid in criminibus atrocioribus, num. 27.
- Et quid si agatur de Regularium disciplina, & morum correctione, num. 28.
- 17 Appellari potest vel ad Metropolitanum, vel ad Papam omisso medio à sententijs per Ordinarios latis in causis Regularium sibi subiectionum, & num. 37.
- 18 Appellari non potest de iure civili ad Imperatorem omisso medio, sed gradatim est procedendum.
- 19 Auditor Camera est index appellacionum, quæ à

sententijs quarumcumque Ordinariorum ad Sedem Apostolicam devolvuntur, & n. 36.

20 Congregatio Episcoporum, & Regularium cognoscit causas vertentes inter diversas Religiones, dummodo formam iudicariam non requirant.

21 Causa inter Regulares, & Seculares sive Clericos, sive laicos, à quibus sint cognoscenda.

22 Causas Prælatorum Regularium Sedi Apostolicæ immediate subiectionum cognoscere possunt tam Legati, & Nuncij Apostolici, quam Auditor Camera, & inter eos est locus preventionis.

23 Curiales etiam Regulares pro debito, & contractu in Curia initis, & pro salario conventi possunt coram Auditore Camera.

24 Auditor Camera pro executione litterarum Apostolicarum, & Decretorum, seu Declarationum Congregationum dat monitoria etiam in causis, & negotijs Regularium.

Et quid in hoc fuerit provisum per Congregationem à Sanctissimo deputatam, n. 25.

25 Monitoria pro executione litterarum Apostolicarum, & c. in negotijs Regularium qualiter ab Auditore Camera sint concedenda.

28 Monachorum etiam Episcopo subiectionum correctio spectat ad Abbatem.

29 Appellatio non admittitur ubi de Regulari disciplina, & morum correctione agitur, nisi adit excessus.

30 Auditor Camera an possit procedere in prima instantia in causis Ordinarijs tam civilibus, quam criminalibus inter Religiosos eiusdem Ordinis.

Et quid in gradu appellacionis, num. 36. & seqq. usque in fin.

31 Auditor Camera potest cognoscere de excessibus exemptionum privative quo admodum.

32 Declaratur si exempti sine Sedi Apostolicæ immediate subiectione, & alium iudicem non habeant.

33 Causa inter Religiosos ab illorum superioribus sunt terminanda iuxta quorumcumque Religionum Institutum.

34 Auditor Camera prohibetur quidquam decernere, quod locorum Ordinarios impedire possit, ne ad executionem Decretorum Concilii Tridentini, & correctionem morum libere procedant.

35 Et eius facultates limitantur, ut non obviat Concilij Decretis.

36 Provinciales sunt Ordinarij in Provincia, & comparantur Prælati habentibus quasi Episcopalem iurisdictionem.

1 DE PRIORE. Legitur quatuor modis, ut hic per Abbatem n. 2. in fin. vers. In glo. 1. sed communiter se summatur. Qui non detulit appellacionem interposita ad Papam, mittitur cum litteris Ordinarij ad Curiam puniendus. Hoc dicit.

2 Nota primò ibi, Priorem propter has enormitates manifestas, Secundum intellectum Innocentii, quod subditus potest Prælatum suum propter eius excessus manifestos appellare ad Superiorem: & huiusmodi appellatio est quædam provocatio ad causam, ut in cap. *Cum sit Romana*, supra eod. dicunt Abb. & Alex. de Navo hic in l. *not. de hoc mirandum non esse*, quia subditus potest accusare Prælatum suum, & eius crimem denunciare Superiori, ut c. *Licet Holy*, de

froniam, cap. Ex parte, & cap. Veniens, de accus. Unde eodem modo potest eum provocare ad causam. Interest enim ejuslibet subditi habere bonum Prælaturum, c. Andæer, & cap. Quatuor, & quest. 11.

Secundo nota in eisdem verbis, Propter suas enormitates manifestas. Secundum intellectum Joan. Andr. in c. 1. num. 9. ad fin. vers. Dicit autem, de censu, lib. 6. Holt. & Joan. Andr. in cap. Licet in corrigendis, supra de offic. Ordin. quod ubi Prælatus etiam Regularis est notorie, & manifeste criminofus, si corrigat subditos, potest ab ejus correctione appellari, dicendo Amice ecce trahem de oculo tuo: nam ex quo notorie est criminofus, vel famosus non potest alium corrigere c. Judicet, 3. quest. 7. secundum eos. Sed in contrarium est veritas, quia Prælatus quantumcumque notorie criminofus ante deponitionem potest jurisdictionem in subditos exercere etiam si sit irregularis ex homicidio, ut est textus notabilis in c. Veritas, supra de dolo, & consum. & tenet glossa in cap. Cum non liceat, in ver. Recedere, supra de prescript. Innoc. in cap. Cum nostris, num. 2. infra de concess. praben. Abbas in c. Scholasticus, num. 9. supra, de rescript. & ibi D.D. & in c. Nomen, 8. q. 2. Unde merito prædictam lectionem reprobat hic Abb. num. 5. Franc. col. 2. in fin. vers. Sed advertit, Præpos. num. 2. vers. Sed in contrarium. Alex. de Navo, num. 20. & Dec. num. 10. vers. Sed iste intellectus reprobat communiter. Nec obstat dictum cap. Judicet, 3. q. 7. quia non loquitur de potestate judiciali exercenda, sed quoad meritum vite, & damnationem Prælati, qui magis delinquit corrigendo alium, & non se, sed nihilominus potest corrigere, secundum Abbatem, & alios præal. legatos.

Tertio nota ibi, Que ipsam notabilem reddunt, Delicta, & malos mores reddere quem notabilem, id est infamem. Unde exponit textum, ibi, Notabilem, id est infamiam notatum: sicut enim fama potest se habere ad bonum, & ad malum, ut in l. Capitulum, ff. de famosis, ff. de pen. & per Bart. in l. De minore, §. Plurimum, num. 5. ff. de questum. Ita & hoc ver. Notabilis, quia potest referri ad virum moribus, & origine generosum & ad virum eriminibus infectum; quia ille redditur notum ex bonis operibus, hic verò ex pravis, ut in text. & in c. Ex parte A. ibi, Infames, & notabiles ad testimonium dicitur produxisse; supra de testib. & ita exponunt hanc litteram. Holt. ante num. 1. in ver. Notabilem, Joan. Andr. num. 1. Abb. Alex. de Navo, in 2. notab.

Quarto nota ex textu, non deferentem appellationi etiam extrajudiciali esse puniendum, ut hic patet, & notant Abbas num. 2. Franc. in 1. notab. Præpos. unum. 2. in fin. vers. Et ideo intelligit, Dec. num. 6. Alex. de Navo in ult. not. Quod verum est si appellatio sit justa, & ex rationabili causa interposita: secus verò si justa sit, aut frivola, ut hic probatur ibi, ipse, tali a contrario sensu: nam ex quo punitur hic non deferens appellationi justæ: Ergo si injusta est appellatio non deferens non punitur, ut distinguit Bald. in l. Judicibus, num. 1. c. de appellat. Abbas, & alii proximè

citati. Quintimo peccat deferendo, quia declaratio hujusmodi est interlocutoria, que debet esse justa. Si ergo appellatio est manifeste frivo-

la, peccat iudex eam admittendo: facit text. in cap. 1. de re iudicat. lib. 6. Et quemadmodum peccat non deferendo appellationi justæ, ita peccat deferendo injustæ, cum contrariis iuris eadem sit disciplina, cap. Hospitalium, 32. dist. c. Intellectum, de iuratu. & hic firmant Card. num. 2. ubi quod mortaliter peccat, Abb. Franc. & Alex. de Navo locis citatis: & Præpos. unum. 3. qui tamen limitat hoc procedere in appellatione à diffinitiva: secus verò in appellatione ab Interlocutoria, quia non peccat iudex illi non deferendo, nisi à die inhibitionis facta per iudicem ad quem c. Non solum, & cap. Romana, §. Quod si obijciatur, eodem tit. lib. 6. & notat Angel. in l. Quoniam iudices, num. 4. c. de appell. In dubio tamen appellationi potius est deferendum, quia præsumitur iusta gloss. notabilis in l. 1. in ver. Locupletiorum, c. si adversi, credit. Spectul. cod. tit. §. Nunc dicamus, post medium, vers. Vincentius dixit, Archidia. in c. 8. à iudice, num. 1. vers. Nota tamen quod ubi dubium est, eod. tit. lib. 6. Franc. hic col. 1. in fin. vers. Et ideo à quo. Alex. de Navo num. 14. & Præpositus num. 3. in fin. vers. In dubio tamen, & adde quod scripsi in cap. Pastoralis, num. 25. infra eodem.

In glossa prima nota bene intellectum glossæ: nam iste Prior fecerat spoliari Canonicum Regularem sibi subiectum usque ad interlucum, & sic excesserat iudicium in corrigendo: unde Canonici à tali excessu appellavit ad Papam, & quia Prior non obitante appellatione processit enormiter contra eum, Papa mandat Priorem ad Curiam vocari de tanto excessu satisfactorum, Et ita casum hic formant Bernardus, Baldus, & alii: & colligitur hic intellectus ex antiqua nam, ut dicit Abb. Antiqu. num. 1. In antiqua continebatur, quod usque ad effusionem sanguinis iste Canonicus fuit verberatus, & castigatus, & ob hoc appellaverat: & verba antiquæ sunt infra scripta, videlicet (de Priore, qui non deferens protectioni nostræ, & appellationi ad Sedem Apostolicam factæ, quemdam Canonicum suum veltibus fecit omnibus usque ad carnifiam spoliari, & accusationi, & appellationi renunciare coegit, quia de suis, & quorundam fratrum enormitibus murmuravit) referunt integra ab Antonio Augustino in 2. Collect. Decretal. lib. 2.

tit. 19. c. 3. & ex hac lectione, & ex textu collige notabiliter, quod est à correctione non appellatur, cap. Ad nostram, & c. Reprehensibilis, in ult. responsi. supra eodem, & c. Cum specialis, in fin. infra eodem, & patet ex antiqua, ut præfertur, relata ab Antonio Augustino, ubi dicitur: Sacrosanctam Romanam Ecclesiam non confuvisse hujusmodi appellationem admittere, ne Monachis, vel Canonicis Regularibus præbeatur audacia delinquendi: & ex Concilio Tridentino, sess. 13. cap. 1. vers. In causis visitationis, & correctionis, sess. 22. c. 1. in fin. Tamen si Prælatus etiam Regularis modum excesserit in corrigendo, bene admittitur appellatio, & tenetur Prælatus hujusmodi appellationi deserre, alias punitur, ut hic est textus, qui ad hoc quotidie à Doctoribus allegatur: & notant gloss. 1. Abb. Antiquus num. 1. Holt. eod. tit. Jo. Andr. num. 4. Butt. num. 6. & perique alii. Calder. conf. 209. in princ. alias 3. de appellat. vers. Sed prædicta sunt vera,

con-

concordat textus in c. Licet in corrigendis, & ibi notat gloss. ult. supra de offic. Ordinari. & in c. sequenti circa prin. ibi: Nisi formam in talibus excesserint, & in c. Universitatis infra de sent. excom. & hoc casu Religiosus Episcopo subiectus potest ab illius sententia appellare, vel ad Metropolitanum, ut est casus in d. c. Licet in corrigendis, vel ad Papam, ut hic est expressum.

Ex FACTO questum est, An in causis Regularium concedenda sint monitoria, & inhibitiones à Tribunali Auditoris Camere, vel Commissiones à Signatura Justitiæ: & quatenus concedenda quomodo, & cum quibus clausulis.

Die 5. Aprilis 1650. In Congregatione Cardinalium, & Prælatorum super appellationibus, & inhibitionibus Tribunalis Auditoris Camere, & aliorum Tribunalium Curie Romanæ à san. mem. Urbano VIII. deputatis, & à Sanctiss. D. N. Innocentio X. nunc renovata conceptum fuit dubium ut supra propositum, per manus transfusum, & in sequenti Congregatione discutendum. Pro cuius faciliiori solutione videntur excludendi aliquot casus non dubij, in quibus Auditor Camere potest concedere monitoria, & inhibitiones in causis, & negotiis Regularium.

Primus casus non dubius est in Regularibus Monasterium Episcopi subiectorum, prout sunt plures Abbatis, & Monasteria in Germania, Belgio, & Polonia in Congregationem non redacta, que nulla potiuntur prerogativa exemptionis, sed Episcopi Diocesani sunt subiecta quemadmodum erant Monasteria omnia de jure veteri, c. Si quis Abbas, & c. Abbas 18. q. 2. cap. Qui verò in fin. 16. quest. 1. c. Cum dilectus, & ibi dixi num. 1. & 12. infra de Religi. domib. Nam si in eorum causis ordinarius Episcopus pronunciat, & tali sententia potest appellari, vel ad Metropolitanum, c. Licet in corrigendis de offic. Ordinari. vel ad Papam omisso medio, c. Ad Metropolitanum, 2. quest. 7. c. Ad Romanam 1. & 2. & c. Si quis, 2. q. 6. gloss. 1. in c. Si divinus supra eodem. Licet de jure civili non possit immediate appellari ad Imperatorem, sed gradatim sit procedendum, l. Imperatores ff. de appellat. Gemin. conf. 73. Quia subtrahitur num. 2. ita si appellatur ad Papam, poterit procedere, & inhibitiones concedere Auditor Camere, qui est iudex ordinarius appellationum, que à sententiis per quoscunque Ordinarios latis etiam extralatum Ecclesiasticum ad Sedem Apostolicam interponuntur, ut in Bulla 28. Pauli V. Ad eximie fidelitatis §. 10. in Bullar. tom. 3. pag. 212.

Secundo casus non dubius est in causis ordinariis, & etiam judicariam requirentibus, que veniunt inter diversas Religiones: nam Sac. Congregatio Episcoporum, & Regularium in hujusmodi causis non ingerit, cum in Bulla Sixti V. super institutione Congregationis Regularium, §. 1. statutum sit per hæc formalia verba, (Audiant itidem, ac decendant prædicti Prælati causas, & controversias inter prædictos Ordines vertentes sive in universum, sive ratione particularium locorum, dammodo formam judicariam non requirant) in Bullar. tom. 2. pag. 615. Quare in causis prædictis una Religio convenienda erit coram suo Conservatore

illam habeat; alioquin coram loci Ordinario ad præscriptum Constitutionis Gregorii XV. de exemptorum privilegio, & Auditor Camere erit iudex competens in causa appellationis ad Sedem Apostolicam interpositæ à sententia per Conservatorem, vel Ordinarium lata, ut in d. §. 10. Bullæ Pauli V.

Tertius casus non dubius est cum his, & causa vertitur inter Regulares, & Seculares, sive Clericos, sive Laicos: nam si Regulares sint conventiendi sunt coram suo Conservatore, vel Ordinario, ut dictum est in calu præcedenti: si verò sint auctores, & agant contra laicum, tenentur sequi forum rei, c. Si Clericus Laicum, de foro comper. & tunc extra itatum Ecclesiasticum à sententia iudicis Laici appellatur ad superiores iudices laicos gradatim, ut in d. l. Imperatores, ff. de appellat. non autem ad Curiam, seu ad Auditorem Camere; sed in statu Ecclesiastico potest appellari ad Sedem ex dicta Bulla 28. Pauli V. §. 10. Si verò reus sit Clericus, conventendus erit coram suo Ordinario in prima instantia ut in Concilio Tridentino sess. 24. c. 20. & in secunda instantia appellari poterit omisso medio ad Papam, ut dictum est supra num. 17. & in utroque casu in gradu appellationis ad Sedem interpositæ Auditor Camere est iudex competens ex d. §. 10.

Quartus casus similiter non dubius est in causis Prælatorum Regularium, qui generalibus Capitulis, aut Episcopis non subditi, nec suos habent Ordinarios Regulares visitatores, sed sub immediata Sedis Apostolicæ protectione existunt, de quibus in Concilio Tridentino c. 8. sess. 27. de regular. Has enim causas in prima instantia cognoscere possunt tam Legati, & Nuntii Apostolici, quam ipse Auditor Camere, tanquam iudex ordinarius exemptorum, ut in d. Bulla 28. Pauli V. §. 12. & quamvis in hoc casu facultatem habeat privative quoad omnes, ut ibi disponitur, tamen in his procedunt etiam Legati, & Nuntii ex speciali facultate, quam habent a Sede Apostolica, idcirco inter eos, & Auditorem Camere, cum jurisdictione sit cumulativa, est locus præventioni, arg. c. Præpositi, de iur. comper. cum concordant de quibus ibi in gloss. 1. & c. Cum sit generale, cum ibi notatis per Abbatem, & D.D. eod. tit. & notat Paul. de Castro in l. Si quis in hoc genus, num. 4. vers. Item nota, c. de Episc. & Cleric. & in Monitoriis apponenda est clausula, quatenus in non pendeat, alioquin præsentis litteræ minime suffragentur. Quod si Legati, vel Nuntii in causa præveniant, ab eorum sententiis appellabitur ad Sedem Apostolicam, & in secunda instantia Auditor Camere erit iudex competens juxta suas facultates.

Quintus casus pariter non dubius est cum agitur de debitis in Curia contractis, aut de salario seu contractu in ipsa inito: nam Auditor Camere potest citare, & monere ad satisfaciendum Curiales, Ecclesiasticos seculares, vel Regulares etiam ab ipsa Curia abentes pro quibusvis rebus, & pecuniarum summis ad instantiam quorumvis etiam absentium, ut disertis verbis cavetur in eadem Bulla, §. 16.

Sextus casus adhuc non dubius est ubi agitur de executione litterarum Apostolicarum, vel de-

cretorum seu declarationum Congregationum, quia Auditor Cameræ pro hujusmodi executione dat monitoria etiam in causis, & negotiis Regularium ex ead. Bulla 28. Pauli V. §. 14. & expedit, ut hæc facultas ei conservetur, quia favorabilis est Religiosis, quæ hoc præsidio se tuentur adversus eos, qui eorum privilegia convellere, aut ledere moliantur. Hinc tamen in dies oriuntur multa inconvenientia, quia cum Religiones ferè omnes habeant Constitutiones à Sede Apostolica confirmatas, & innumera quasi privilegia, & monitoria concedantur in genere contra quoscunque nullaque expressa causa; inde fit, ut nullum sit negotium, in quo prætextu executionis alicujus statuti, vel privilegii, aut declarationis extorqueri non possit monitorium. Unde multoties contingit, ut in actu celebrationis Capituli, vel electionis etiam in partibus ultramontanis præsentata fuerint monitoria non sine gravi turbatione, & scandalo. Et sæpe etiam Ordinarii, & Nunciis manus ligatæ fuerunt in causis in eorum Tribunalibus pendentibus, & in calculo terende sententiæ. Quare provium est expedire, ut de cætero pro executione hujusmodi non dentur monitoria nisi expressis personis, contra quas, & ex qua causa, & cum clausula, *Quatenus in non pendat*: lite autem pendente, dari quidem possunt sine prædicta clausula, sed

26 non nisi parte citata, & audita. His additi fuerunt duo alii casus, in quibus Auditor Cameræ procedit in causis Regularium, videlicet cum rei sponte se constituit in illius carceribus, & in criminibus atrocibus, in quibus procedere potest ex particulari oraculo Sanctissimi eidem notificato per Secretarium Sac. Congregationis. Hic tamen ultimus casus non est ex vi suorum facultatum, sed ex speciali commissione.

28 Rursus excludendus est alius casus non dubius in quo vice versa Auditor Cameræ non procedit in causis Regularium, nempe ubi de Regulari disciplina, & morum correctione agitur: hæc enim spectant ad Abbatem, etiam si Monasterium esset Episcopo subiectum, c. *Corripiantur*, 24. q. c. *Reprehensibilis*, in fin. supra eodem glof. in c. *Quanto, in ver. si Prælati, de Offic. Ordinari.* unde Auditor Cameræ in his non potest seingere.

29 re in prima instantia; sed neque in gradu appellationis, quia in prædictis nisi adit excessus, ut in hoc c. *Non datur appellatio*, ut in d. c. *Reprehensibilis*, ibi, (Nec subiecti contra disciplinam Ecclesiasticam in vocem appellationis erumpant) & infra ibi (Præcipue verò hoc in Religiosis volumus observari, ne Religiosi cum pro aliquo excessu fuerint corrigendi, contra Regularem Prælati sui, & Capituli disciplinam appellare presument, sed humiliter, ac devotè suscipiant quod pro salute sua fuerit ejusdem injunctum) Concordat c. *Ad nostram*, supra eodem cum aliis supracitatis in glof. i. num. 14.

30 Itaque exclusis casibus, in quibus nulla est dubitatio, propositum dubium restringitur ad causas ordinarias tam civiles, quam criminales, quæ vertuntur inter Religiosos ejusdem Ordinis, vel inter subditos, vel inter subditum, & Prælatum, vel inter subditos, & Capitulum, vel inter monasterium, & monasterium, vel inter provinciam, & provinciam, vel alios quomodolibet.

Pro solutione examinandum est, 22 Auditor Cameræ possit in his causis se immiscere vigore suorum facultatum sive in primainstantia, sive in gradu appellationis.

31 Et quidem pro jurisdictione Auditoris Cameræ respectu primæ instantiæ facit Bulla 28. Pauli V. §. 12. ubi datur ei facultas cognoscendi tam per se, quam per Notarios suos, cotinque substitutos de excessibus commissis per quoscunque exemptos à jurisdictione Ordinarii, & Sedi Apostolicæ immediate subiectos, & culpabiles reptos puniendi. Tales enim videntur esse etiam Regulares cum Religiones ferè omnes ex amplissimis privilegiis ab omnimoda ordinario jurisdictione sint exemptæ, ac Sedi Apostolicæ immediate subiectæ, ut plene scripsi in c. *Tuarum*, infra de privileg. & cum supra dicta Bulla Pauli V. loquatur de exemptis per verba universalia, & geminata, videlicet *cujuscunque status, gradus, Ordinis, vel conditionis fuerint*, videtur includere etiam Regulares, licet de illis expressam mentionem non faciat, ad glof. in c. *Pastoralis*, in ver. *Temporaliter*, infra de donation. cum similibus, ut dixi in c. *Ex parte*, num. 31. & 44. de privileg. præsertim ponderando verba *cujuscunque ordinis*, quæ proprie conveniunt Regularibus, ut c. *Unica de Religiof. domib. lib. 6.* & Clement. 1. de Regular. cum similibus.

Sed nihilominus in Congregatione habita die 5. Julii 1650. contrarium fuit resolutum, videlicet in causis Regularium ejusdem Religionis sive sint inter subditos, sive inter subditum, & Prælatum, sive inter Monasterium, & Monasterium, sive aliis quomodolibet, Auditorem Cameræ se immiscere non posse in prima instantia. Nam præcitata Bulla Pauli V. in d. §. 12. debet intelligi de illis exemptis, qui sunt immediate subiecti Sedi Apostolicæ, & alium Judicem non habent, quales sunt plures Abbates in Germania in Congregationem non redacti, qui nec Episcopis, nec Capitulis subditi, nec suos habent Ordinarios visitatores, de quibus loquitur Concilium Tridentinum c. 8. sess. 25. de Regular. quales etiam sunt multi Prælati interiores, & Commendatarii nullius Diœcesis, & de quorum criminibus, & excessibus Auditor Cameræ potest inquirere, & in culpabiles animadvertere.

Sed Bulla non procedit in exemptis Regularibus in Congregationem redactis, qui subditi Prælati suis, & c. *In singulis, de stat. Monachor. c. Reprehensibilis*, supra eod. cum multis similibus. Quod ex eo convincitur manifestè, quia in d. §. 12. datur facultas Auditori Cameræ cognoscendi de criminibus Exemptorum private quoad omnes. Ergo non potest hoc verificari in Regularibus, qui suis Prælati, Visitatoribus, & Capitulis subditi: aliis sequeretur, ut Superiores Regulares non possent punire excessus suorum subditorum, quod esset intolerabile, & contra Sacros Canones, Generalia Concilia, & Decreta Apostolica, Statuta Ordinum, & communem observantiam, & signanter contra Bullam Sixti V. erectionis Sac. Congregationis Regularium in Bullar. tom. 2. pag. 613. ubi in §. 1. sic legitur: (Causas verò, quas inter ipsos Religiosos oriri contigerit, juxta quarumcunque Religionem in libertate, eorumque dispositionem Superiores illorum definiant, atque terminent.

Præ-

Præterea Concilium Tridentinum, sess. 24. cap. 20. statuit ut cause omnes ad forum ecclesiasticum quomodolibet pertinentes in prima instantia coram Ordinariis locorum cognoscantur, & terminentur: & in Bulla 113. Pij V. super reformatione Tribunalis Auditoris Cameræ §. 16. in Bullar. tom. 2. pag. 319. disponitur, ut nihil sine speciali commissione Pontificis Auditor Cameræ decernat, aut mandet, quod Episcopos, & alios locorum Ordinarios impedire possit, ne ad executionem Decretorum S. Concilii Tridentini, correctionemque morum liberè procedant: & in dicta Bulla 28. Pauli V. post facultates Auditori Cameræ attributas, in §. 38. Legitur clausula infrascripta, videlicet (Per præfentes autem non intendimus Decretis Concilii Tridentini in aliquo derogare, vel alias præjudicare, sed illa salva esse, & in suo robore permanere.

36 Quo verò ad causas Regularium in gradu appellationis ex eadem Bulla 28. Pauli V. §. 10. Auditor Cameræ potest cognoscere causas appellationum, quæ à sententiis quorumcunque Ordinariorum etiam extra statum ecclesiasticum ad Sedem Apostolicam devolvuntur. Provinciales autem sunt Ordinarii in provincia, & comparantur Prælati habentibus quasi Episcopalem jurisdictionem: & ita observatur teste Gardisale *conf. 89. Casus super quo, num. 2. vers. Nam tales ministri*: & ab eorum sententiis de jure communi appellari potest ad Papam omisso medio, ut hic, & in concordantiis, de quibus supra in primo casu non dubio num. 17. & ita si appelletur ad Papam, Auditor Cameræ videtur posse appellationes recipere, & inhibitiones decernere in vim suorum facultatum.

38 Cæterum Sac. Congregatio Episcoporum, & Regularium anno 1587. decrevit, ut infra videlicet.

Quoniam nonnulli Regulares vagandi studio secundam imminentem admittuntur criminum penam ex suis Constitutionibus, aut aliis debitam, sibi metuentes falsa, & commentitia gravamina causari, non ad immediatos sui Ordines Superiores, scilicet à gravamine Prioris ad Provinciales, & Provinciali ad Generalem, à Generali ad Protectorem, prout per quoscunque Religionis Constitutiones disponitur, sed ad hanc Romanam Curiam sæpius fugiunt, potius quam recurrant: ex quo Ordinum disciplina relaxatur, Prælati contemnantur, & ipsi in dies audaciores evadunt: Placuit S. Congregationi Regularium ex ordine Sanctissimi statueri, ut si quis Regularium imposterum temerè, levique ex causa hanc aliam Urbem, seu Curiam absque sui Superioris licentia, & supra dicta forma prætermittit adire præsumpserit ad suos eisdem Superiores severiori pœna plectendus remittatur.

Et sanè expedire non videtur, ut Religiosi in suis causis litigent extra Ordinem; quia sic datur eis materia vagandi extra clausura, & discurrendi per Curias contra Canones, ut cap. *Si cupit*, & c. *Placuit communi*, 16. q. 1. c. *Quanto, de offic. Ordin. c. Monachi, de stat. Monachor. Clem. Ne in agro*, §. *Quia verò*, eodem titulo cum multis concordantibus; tum quia propter ingentes sumptus, qui fiunt in litibus prosequen-

dis, coguntur pecunias quandoque etiam illicitis medijs sibi comparare, & proprietatem habere, contra cap. *Cum ad Monasterium, de stat. Monachor.* tum quia eorum delicta sic publicantur in saculo cum ignominia Religionum, & scandalo secularium, contra cap. *In scripturis*, 96. dist. ubi refertur Constantinum dixisse: *verè si proprijs oculis vidissem Sacerdotem Dei, aut aliquem eorum, qui Monastico habitu circumamicti sunt, peccantem, chlamydem meam expoliarem, & cooperirem eum, ne ab aliquo videretur.* Tum denique quia ex hoc enervatur Monastica disciplina, & Prælati Regularibus debita subtrahitur obedientia, contra textum in c. *Reprehensibilis*, supra eodem. Quam ob causam multe Religiones obtinuerunt à Sede Apostolica, ut ab ordinationibus Superiorum non liceat subditis appellare, & in specie Sixtus IV. dicitur concessisse Generali Ordinis S. Augustini, & Carmelitarum, ut possint sua officia exercere rejecta quacunque appellatione. Et Julius II. dicitur prohibuisse Fratribus Prædicatoribus sub pena excommunicationis appellare à mandatis, & ordinationibus Prælatorum dicti Ordinis, ut refertur in *Compendio Privilegiorum Mendicantium in ver. Appellare*.

Et ex his resultat etiam resolutio ad tertium dubium superius propositum de Commissionibus Signaturæ Jultitiæ, quia videtur non expedire, ut causæ Religiosorum extra Ordines committantur.

Verumtamen in Sac. Congregatione desuper habita die 19. Julii 1650. tantummodo fuit provium, ut in casibus, in quibus Auditor Cameræ potest appellationes recipere à sententiis, & gravaminibus Prælatorum Regularium, inhibitiones minime decernat, nec Præfectus Signaturæ Jultitiæ dat Commissiones, nisi citato Procuratore Ordinis.

DE APPELLATIONE.

Cap. Constitutis, il secondo.

S V M M A R I U M.

- 1 Appellatio contra electum, & confirmatum non admittitur ad impediendum electionis, vel confirmationis effectum. & num. 17.
- Fallit primo in appellatione judiciali. n. 18. & 19.
- Fallit secundo in confirmatione clandestine facta n. 20.
- Fallit tertio si in loco viceat consuetudo confirmandi non postis edictis. n. 21.
- Fallit quarto in collatione, seu provisione. ibidem num. 22.
- 2 Electio an. & quando postea restringi ad duos.
- 3 Electio honestus est ut fiat de idoneo de eodem Collegio, quàmvis fiat transitu ad magis idoneum alterius Collegii.
- 4 Electoribus deferri potest iuramentum à Superiore, ut magis idoneum eligant.
- 5 Patronus potest Episcopus deferre iuramentum de presentando magis idoneum, si subit suspicione moveatur.

- tur aliquo in ordinato affectu.
- 6 Fallit si contra Patroni esset presumptio perjury.
- 7 Luxurientium nunquam est deserendum illi, contra quem vehementer presumitur de transgressione.
- 8 Electio in foro conscientie debet fieri de magis idoneo.
- 9 Eligens dignum post habito digniore mortaliter peccat.
- Et magis idoneus dicitur non tantum respectu sui, sed etiam in ordine ad utilitatem Ecclesie, num. 14.
- 10 Electio de digno, omisso digniore, in foro externo valida est, nec debet retractari.
- 11 Quod procedit non obstante iuramento de eligendo magis idoneum.
- 12 Et quid si a contraria electione fuerit appellatum.
- 13 Et quid in concursu Parochialium Ecclesiarum.
- 14 Prælati eligendus est melior non simpliciter, sed in ordine ad Ecclesiam regendam, & n. seq. Et an dives, & potens pauperi, & literato sit preferendus, vel e converso, n. 16.
- 15 Episcopi non debent esse tantummodo revolutores chartarum, sed etiam factores operum.
- 19 Confirmatio facta iudiciali ordine observato habet vim definitivam.
- 20 Confirmatio electionis clandestine facta quando dicitur.
- 21 Consecratio confirmandi electum non posita edictum valida est.

CONSUETUDO, il secondo. Appellatio frustratoria possessionem confirmandi non impedit. Hoc dicit Joan. Andr. Bald. Bellam. Butr. Card. Anch. & Imol. Vel aliter secundum Abb. Franch. Præpos. & Alex. de Nævo. Contra electum, & confirmatum nullum aliud jus expectantem non admittit regulariter exceptio, vel appellatio, maxime frustratoria ad impediendum electionis, & confirmationis effectum, sed possessione habita poterit accusari, vel denunciari. Hoc dicit: & est casus notabilis. Dividitur in tres partes. In prima narratur factum, in secunda diffinit, ibi Nos ergo. In tertia protestatur, ibi, Si quid tamen.

Nota primo ibi, *Unum eligent de duobus*. Electionem posse restringi ad duos: quod verum est in duobus casibus, secundum Imol. hic n. 2. & Joan. de Anan. num. 3. & Præpos. num. 11. primum est quando ipsimet eligentes in tractatu ad hoc se restringunt: hoc enim non est contra formam Concilii generalis in cap. Quia propter, de elect. cum nulquam invenitur prohibitum, quin de duobus tantum possit fieri scrutinium, vel compromissum arg. c. 2. §. Sed neque de translat. Episc. Secundus est quando non essent nisi duo idonei de Collegio: nam de suo potius, quam de extraneo debet fieri electio, cap. Nullus irritis, 61. dist. & interdu ex gremio certa ecclesie c. Cum dilectus, de consuet. cap. Abbate de ver. signifi. Honestus enim est, ut idoneus eligatur de eodem Collegio, quam ut fiat transitus ad magis idoneum alterius Collegii, secundum Abb. hic num. 8. vers. Et intellige prædicta, & Præpos. num. 18. vers. Si tamen

in Ecclesia illa, & in hoc resident Innoc. in princ. Abb. Antiqu. num. 1. Host. num. 2. in ver. Unum, Joan. Andr. num. 5. Bellam. num. 2. in ver. De duobus. Butr. num. 3. Anch. num. 4. Imol. & Joan. de Anan. præpos. locis citatis. Aliis vero electio per superiores restringi non potest, cum debeat esse libera, secundum ea, quæ leguntur, & notantur in cap. Cum terra, de elect. Unde sacra Congregatio Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum consulta à Generali Ordinis S. Augustini, An ei liceat in electione provincialium, priorum, aliorumque Officialium faciendi aliquos nominatim proponere, ex quibus unus canonicè per secreta suffragia ad officium eligatur: Respondit non licere.

Secundo nota ibi, *magis idoneum, & utilem reputarent*. Superiores, ad quem spectat ius confirmandi, posse deferre Sacramentum electoribus, & sic eos iurejurando adstringere, ut secundum Deum, & conscientiam suam eligant magis idoneum: nam oblatio, seu adiutatio, de qua in textu loco juramenti habetur gloss. 2. hic Host. n. 2. Abb. Præpos. & Alex. de Nævo omnes in 1. notab.

Et ex hoc, ex textu deducitur primo notabilis theoria secundum Abb. ubi supra, videlicet quod ubi episcopus timeret, ne patroni moverent aliquo in ordinato affectu, posset eis deferre iuramentum de praestando magis idoneum: & sequitur Præpos. num. 2. Alex. de Nævo, num. 3. & Dec. in 1. notab. Qui tamen intelligit hoc verum esse, nisi contra Patronos esset presumptio perjury, quia tunc non deberet adiutatio fieri, seu iuramentum deferri. Quod satis placet per text. inc. Clericos, de cohabit. Clericor. & mulier. ubi non debet prælati deferre iuramentum Clericis concubinariis de non redeundo ad concubinas, ne in perjury reatum incurrant. Ex quo textu Abb. num. 2. generaliter infert, ut nunquam iuramentum sit deferendum illi, contra quem vehementer presumitur de transgressione: imò deferens peccat, ut est text. optimus in c. ille 22. q. 5. Ubi Augustinus ait (Ille, qui hominem provocat ad iuramentum, & scit eum falsum iuraturum, vincit homicidiam, quia homicida corpus occisurus est, ille animam, imò duas animas, & eius, quem jurare procuravit, & suam.

Secundo ex textu deducitur manifestè electores in foro conscientie teneri digniores eligere, nec suæ obligationi satisfacere dignum eligendo: nam si adhuc teneretur, nullatenus posset eis iuramentum deferri, ut in text. concordat cap. Licet ergo, 8. q. 1. ubi qui præstantior est ex omni populo, qui doctor, qui sanctior: & qui in omni virtute eminentior; ille eligatur ad Sacerdotium, c. illud, ead. caus. & quest. c. Unum omnium, §. Nunc autem. ibi (Sed talis eligatur, cuius comparatione ceteri grex dicantur) 25. dist. c. Viliusimus, 1. q. 1. cap. Metropolitanus, 63. dist. in fin. ubi (ex presbyteris eiusdem ecclesie, vel Diaconis optimus ordinatur.) c. Quoniam de iure patr. ibi (Ille præficiatur ecclesie qui maioribus iuratur meritis) cap. final. de offic. custod. ibi, (Ut ad hoc opus tales ordinentur, quales & meliores, & sanctiores esse videntur.) Et quamvis gloss. in d. cap. Licet ergo, in ver.

ver. Qui præstantior, 8. quest. 1. relatis aliorum opinionibus concludat cum Hagono eligentes non peccare si eligant dignum, licet poterint eligere digniorem, & cum gloss. consentiunt hic Jo. de Imol. & Philippus Franchus: tamen opinio gloss. procedit in voluntariis tantum; sed in necessariis, ut in electione, oportet meliorem eligere, ut ibidem declarat Archidiaconus, num. 3. Et hæc opinio communiter tenetur, & videtur etiam de iure verior, ut attestatur hic Decius num. 6. & 12. Itaque eligentes dignum vulnerant conscientiam, si poterint eligere meliorem, ut ait Federicus de Senis consil. 95. Super dubitationum articulis, num. 1. & Abbas hic num. 7. Imò peccant mortaliter, & est orandum pro eis, quia multum incidunt in hunc laqueum, ut formaliter inquit Butr. in c. Inter cetera, num. 5. de offic. Ord. Idem pluribus relatis tenet Covar. in reg. Peccatum, par. 2. §. 7. num. 4. vers. 15. verbi, qui dignum: subdens ita communi omnium contentu receptum esse in hoc Cap. Et est sententia D. Thom. in 2. 2. q. 63. art. 1. & qu. 185, art. 3. & quol. 8. artic. 6. & quol. 6. art. 9. quam etiam probavit Rota decis. 65, num. 8. par. 1. recent. & in Tolertana Canonizatus 18. May 1584. coram san. mem. Clem. VIII. impress. apud Marches. de Commiss. part. 1. cap. 7. fol. 287. Hodie hæc opinio in ius, qui maioribus Ecclesiis præficiuntur, est indubitata, quia Concilium Tridentinum, in c. 1. sess. 24. (Omnes, & singulos, qui ad promotionem præfectorum quodcumque ius à Sede Apostolica habent, aut aliquam operam suam præstare, hortatur, & movet, ut impetris meminerint nihil se ad Dei gloriam, & populorum salutem utilius posse facere, quam si bonos pastores, & Ecclesie gubernanda idoneos promoveri studeant, & colque alienis peccatis communicantes, mortaliter peccare, nisi quos digniores, & Ecclesie magis utiles ipsi iudicaverint, non quidem precibus, vel humano favore, aut ambientium suggestionibus, sed eorum exigentibus meritis præfici diligenter curaverint.) Hæc ibi, ceterum in foro externo, & post factum electio de digno posthabito digniore valida est, ne debet retractari, c. Monasterium, 16. q. 7. c. Cum terra, cap. Cum nobis olim, & c. Cum in cunctis, juncto cap. Quia propter, de elect. cap. Nisi cum pridem, §. Pro delectu, de renunc. c. fin. de presump. & hic firmat gloss. in ver. Migi utilem. Butr. num. 15. Cardin. sub num. 3. Abb. num. 6. & 7. Præpos. num. 2. & 18. Dec. num. 12. & reliqui omnes. Rota in d. Tolertana Canonizatus num. 3. & d. decis. 65, num. 8. par. 1. recent. S. Thom. in 2. 2. q. 63. art. 2. ad 3. dicens quantum ad hoc, ut electio impugnetur non possit in foro iudiciali satis esse eligere bonum, nec oportere eligere meliorem, quia sic omnis electio posset habere calumniam. Et idem repetit quol. 8. art. 6. ad 5. vers. Vel dicendum, & quolib. 6. art. 9. vers. Sed contra, Sylvest. in ver. Electio, in 1. quest. num. 26. & alij plures tam Theologi, quam Canonistæ, quos cumulat Covar. in d. reg. Peccatum, 1. part. 2. §. 7. num. 3.

Quod procedit etiam stante iuramento, de eligendo magis idoneo, quia nihilominus electio de digno non retractatur, ut probatur hic, & tenet Cardin. d. n. 2. & Præpos. num. Covar. ubi supra, vers. Secundo probatur, & Rota in Prosp. Fagn. in 2. Decretal.

dicit Tolertana Canonizatus, dicto num. 3.

12 Fallit hæc conclusio si ab initio Electoribus denunciatum fuisset, ut digniorem eligent, & à contraria electione fuisset appellatum, quia tunc electio de digno prætermisso digniori non valeret, ut hic Abb. n. 7. vers. In hac materia, id est irritanda esset per viam attentati, quasi contra appellationem facta, non quia nulla esset ipso jure secundum Præpos. num. 18. Et quamvis Franchus col. 2. circa med. vers. Sed advertite, post Imol. oppositum sentiat, putans etiam hoc casu electionem de digno validam esse, nec retractari posse, ejusque opinionem in practica admittendam putet, Covar. in d. reg. Peccatum num. 3. vers. Contra Imol. ob eam rationem, quia aliquo quolibet electio revocari posset in discrimen, & omnia litibus involverentur: tamen primam opinionem Abb. complectitur, & bene ab objectis tuetur Dec. hic num. 12. que etiam mihi magis placet, nec videtur urgere consideratio Covar. viz, quia hic casus denunciationis, & appellationis à futura electione de digno omisso digniori est admodum rarus, & raro etiam contingit in Parochialibus Ecclesiis non obstante, quod ex Constitutione Pij V. sint conferendæ magis idoneo in concursu, & rejectio licitum sit appellare à prælectione facta de digno, & confilto de irrationabili iudicio, præfectio sit retractanda, ut plene dixit in c. Eamte, supra de ar. & qualitat.

13 Et hinc collige secundam fallentiam ad regulam superius propositam, quod electio de digno omisso digniori valida sit in foro iudiciali: fallit enim in Ecclesiis Parochialibus, quæ conferuntur prævia forma examinis per concursum ad præscriptum Concilii Tridentini c. 18. sess. 24. Nam in his Episcopus inter probatos ab Examinatoribus Synodalibus debet omnino eligere magis idoneum; alioquin licebit postposito appellare, & provocare prælectum ad novum examen, & electio per iudicem appellationis erit retractanda, confilto de irrationabili iudicio Episcopi, & Parochialis magis idoneo erit conferenda, ut in præcitata Constitutione Pij V.

14 Tertio nota in eisdem verbis *magis idoneum, & utilem reputarent*. Eligendum in Prælatum debere esse magis idoneum, non tantum respectu sui, sed etiam in ordine ad utilitatem Ecclesie: ut hic per Abb. in 3. not. concordat Concilium Tridentinum in d. cap. 1. sess. 24. ibi: (Nisi quos digniores, & Ecclesie magis utiles iudicaverint) neque enim Episcopi debent esse tantummodo revolutores chartarum, ut in c. In canonicis 16. q. 1. & alibi simpliciter repellit à promotione, ut c. Petrus 39. dist. Itaque non oportet, ut ad Prælationem semper eligatur, qui est melior simpliciter: Possibile est enim, ut illi, qui est in charitate perfectior, deficiat multa, quæ requiruntur ad hoc, ut aliquis sit Prælati idoneus, quæ in alio, qui est minoris charitatis inveniuntur, ut sunt scientia, industria, potentia, & alia hujusmodi. Unde non oportet semper eligere meliorem simpliciter, sed eum, qui sit melior ad Ecclesiam regendam, ita S. Thom. d. quodlib. 8. art. 6. & d. quodlib. 6. art. 9. Considerandum est igitur, an persona sit sufficiens etiam respectu ipsius beneficii, an verò non,

non, ut hic per Imol. num. 8. & Præpof. num. 6. puta si beneficium habeat possessiones inter inimicos, eligetur potius primas in civitate, & Dux factio sum, vel homo potens, & robustus, quam litteratus, & c. Officij supra de elect. & in nunt. text. nos ter in illis verbis: In quibus Præpofitura possessiones, similiter si beneficium esset arcualieno gravatum, potius eligetur Dives, & potens, quam pauper, & Doctor arg. cap. Hoc in parreclum to. qu. 2. Quod si beneficium vel inter hæreticos, vel inter abhorrentes à cultu, præferendus esset Theologus, vel Canonista diviti, & potentia adnotata in c. 1. infra de consangu. & affinit. Quod latus discurrendo per singulas qualitates prosequitur hic Holt. nu. 7. Jo. Andr. num. 21. licet glof. notabilis in c. Quomodo vetus, in ver. Invidiosus 2. qu. 1. referat, cum duo certarent de electione, & unus alleget ignobilitatem, & paupertatem alterius, alium ex adverso respondisse: Piscatori Petro fabri filio successorem querimus non Angulo; unde glof. additionalis ibi:

Nobilitas castum, falsum litem parit, & armat
Lidium, capunt hæc vicia mortis iter.

Facit c. Venerabilis, & c. demulsa in fin. cum utrobique notatis per DD. infra de præben. qua de re plura cumulat hic Jo. Andr. num. 21. & adde quod de qualitatibus concurrentium scripsit in d. c. Eam te, in ult. quæ est de etar. & qualit.

- 17 Ultimo nota ibi, Confirmationis effectum, Appellationem interpositam post confirmationem electionis non impedire quominus confirmatus possessionem consequi debeat, ut hic est casus secundum Abb. & alios supracitatos in Sum. tex. Ratio quia possessio illa est quid facti, & effectus consecutivus juris præcedentis; ac proinde ob interpositam appellationem differri non debet, ut hic in glof. ult. ad fin. & notat Imol. num. 6. & 13. Abb. num. 6. & Præpof. num. 12.
- 18 Declara primo tex. nostrum, ut procedat in appellatione extrajudiciali, prout intelligunt communiter DD. nam confirmatio, de qua tex. loquitur, facta fuit absque solenni causa cognitione & ideo causa etiam rationabilis appellationis emissa extra iudicium non cessat, quod factum est ante appellationem, nec impedit illius executionem, vel effectum, ut in tex. At secus est in appellatione emissa in iudicio, quando scilicet confirmatio sit oblato libello, lite contestata, & alio judiciali ordine observato, quia tunc confirmatio habet vim definitivam; & idcirco appellatio judicialis suspendit sententiam, & effectum ejus, secundum Innoc. hic num. 2. cum quo transeunt Abb. num. 14. & communiter DD.
- 20 Declara secundo tex. nostrum, ut locum habeat in confirmatione, in qua fuerit servata forma c. fin. de elect. lib. 6. secus autem in confirmatione clandestine facta, veluti quia edictum inspicere non potuit, vel quia fuit appositum tempore incongruo, vel in loco, unde potuit de facti alterri, vel quia fuit à pluvij corruptum; hoc enim casu appellatio etiam extrajudicialis bene impedit confirmationis effectum, quia cessat ratio, de qua infra in quarta declinatione, ita determinat Innoc. in c. penult. num. 3. supra de caus. poss. & propriet. & sequitur Præpof. hic num. 14.
- 21 Declara tertio, ut non procedat si in loco vi-

geat consuetudo de non ponendo edictum iuxta formam dicti c. fin. de elect. lib. 6. talis enim consuetudo valida est, ut ibi notatur per DD. nihilominus appellatio extra iudicium suspendit effectum confirmationis, ut per Præpofitum ubi supra vers. si el pone quod consuetudo: nam & hoc casu cessat ratio, de qua infra proxime.

- 22 Declara quarto hunc textum, ut locum non habeat in collatione seu provisione: nam appellatione extrajudicialis bene impedit, ne provifus possessionem assequatur, ut cap. Accedens, infra de Accusar. & post Innoc. firmat Butr. & alij in d. c. penult. de caus. possess. & propriet. & Præpof. hic num. 13. Ratio differentia inter confirmationem, & collationem est, quia in confirmatione citatur pars, vel saltem per edictum sit citatio generalis, ut in d. c. final. de elect. lib. 6. Unde verisimile est, ut si quid esset discutendum illud fuisset discussum in ipsa confirmatione, ideoque exceptio, seu appellatio videretur plecta calumniosè intercepti ad impediendum, ne confirmatus possessionem adipiscatur. At secus est in collatione, quia licet habeat vim confirmationis, ut notat glof. in c. 1. de elect. lib. 6. Tamen in ea non requiritur citatio illa, seu propositio Edicti, quæ requiritur in confirmatione, ut est glof. communiter approbata in d. c. fin. in ver. Electione circa fin. Unde nil mirum si volens opponere sit admittendus antequam tradatur possessio, cum non poterit contradicere in collatione, ut bene hic per Præpof. da. n. 13. Eandem differentiam inter confirmationem electionis, seu institutionem, & liberam collationem, seu provisionem ponit Lambert. de iurep. lib. 2. par. 2. qu. 1. art. 5. num. 5. Quam obrem non videntur audiendi Gonzalez ad regulam de mensibus, glof. 9. §. 1. in Annot. num. 27. & Lancellet. de Aretat. 2. par. cap. 12. lim. 5. num. 4. & 5. & lim. 40. num. 5. citati à modernis Collecto-ribus hic, dum dixerunt quando procedit extrajudicialiter, nullam appellationem ex adverso interpositam suspendere collationem, nec possessionis traditionem: Etenim tex. nos ter, & DD. ab eis citati non loquuntur in collatione, sed in confirmatione, in qua diversa militat ratio, ut dictum est.

DE APPELLATIONE!

Cap Pastoralis.

S V M M A R I V M.

- C**lausula, appellatione remota, tollit omnem appellationem, quæ à iure non est expressè permiffa.
- 2 Et datur à summo Pontifice tantum in terris Ecclesie indistinctè, sed in terris Imperij in causis spiritualibus, vel mixtis fori, aut inter personas Ecclesiasticas, & num. 4.
- 3 Clausula, appellatione remota, non datur à Congregationibus Cardinalium, nec à Signaturæ auctoritate.
- 4 Datur ab Imperatore in locis imperio subiectis in causis temporalibus, & inter Laicos.
- 5 Item à Regibus, & Principibus non cognoscensibus Superiorem in temporalibus.
- 6 Appellatio cum sit species defensionis, quæ est de iure naturalis, qualiter tolli possit à Principe.

Clau-

- 7 Clausulam, appellatione remota, à sententia interlocutoria an iudices inferiores dare possint in subdelegatione causarum.
- 8 Clausula utriusque admissa in rescripto opposita debet intelligi, ut aliquid operetur ultra ius commune, & nisi, seq.
- 9 Appellationis remedium nulli denegandum.
- 10 Privilegio frustra impetratur quod de iure communis competat.
- 11 Expressio eius, quod tacite inest, debet aliquid augere.
- 12 Statutum debet interpretari, ut non sit de casu indubitabili, & à iure commune decisu.
- 13 Verba Statuti debent impropriari, ut aliquid operentur.
- 14 Appellationi frivolæ deferendum non est, licet appellatio in rescripto non sit inhibita, & num. 20.
- 15 Clausula, appellatione remota, tollit appellationem, quæ à iure non imulgetur expressè ad effectum suspendendi tantum, non autem devolutionem.
- 16 Ex stylo Curia quoad partes nihil operatur, sed tantum quoad iudicem tenetur deferre.
- 17 Et gravamina à iudice illata post appellationem non revocantur per viam attentatam, sed per viam quærelæ, & num. 30.
- 18 Clausula, appellatione remota, an hodie aliquid operetur, & quid & num. sequen. usque in fin.
- 19 Appellationis quatuor sunt species.
- 20 Appellatio manifestè frivolæ semper inhibetur à iudice, & à iure.
- 21 Clausula, appellatione remota, nihil operatur respectu appellationis, quæ à iure indulgetur expressè, & num. 23.
- 22 Et quando appellatio dicatur à iure expressè indulgeri.
- 24 Clausula, appellatione remota, non impedit appellationem ubi manifestè quærat.
- 25 Appellatio lateris frivolæ inhibetur à iure, sed non à iudice quamdiu falsis latet.
- 26 Index datus cum clausula appellatione remota an hodie teneatur deferre appellationem ex causa probabilis, quæ à iure non indulgetur expressè, & an hoc casus sit correctum per cap. Va debitus, infra eodem.
- 27 Intellectus c. Edocteri de rescripto.
- 28 Appellatio ex causa probabilis non expressè in iure non suspendit iurisdictionem iudicis procedens appellatio remota quin possit sententiam executi.
- 29 Fallit in tribus casibus hic expressis.
- 30 Clausula, appellatione remota, effectum octodecim, remissivè.
- 32 Clausula, appellatione remota, nihil operatur de consuetudine si apponatur in litteris Executorialibus quæ expediuntur per Contradictas, secus si in litteris Commissionis.

- P**ASTORALIS. Per clausulam, appellatione remota, omnis appellatio prohibetur, quæ à iure non est expressè permiffa. Hoc dicit usque ad §. Verum. Communis divisio, Consultatio, & responsio. Secunda ibi, Respondens.
- 2 Nota primò ibi, inhibetur appellatio in rescripto, appellationem tolli non posse nisi per rescriptum Apostolicum sive bullatum, ut cap. si, supra de rescripto, sive in corpore juris clausum, ut in cap. Ad nostram, supra

eodem, & in cap. Licet, de Offic. Ordin. & in cap. Pastoralis, §. final. de Offic. deleg. cum similit. de tali enim rescripto intelligitur hæc littera, ut notat Holt. & Joann. Andr. ambo in primis. Inferior autem à Papa non rescribit appellatione remota, quia non potest tollere ius alterius, cap. Super negro-rium, §. 1. cum ibi notat. de Offic. deleg. & ita transeunt communiter Doctores hic, ut testatur Abb. num. 4. Unde non semel audivi Sanctissimum Dominum nostrum Urbanum VIII. dicentem Congregationes Cardinalium non posse dare clausulam appellatione remota, quam nec Signatura Iustitiæ dare potest, ut asserunt Marches. de Commiss. par. 1. cap. 10. in titul. de Commiss. cum clausulæ appellatione remota, in primis, & dixit Rota apud Cardin. Seraph. decis. 877. num. 2. Hanc conclusionem declarat Abb. hic eod. num. 4. ut habeat locum in causis ad jurisdictionem Ecclesiasticam pertinentibus, in quibus solus Papa removere appellationem, in aliis verò solus Imperator. Tu dic in locis, quæ sunt de temporali jurisdictione Ecclesie, solum Romanum Pontificem appellationem tollere etiam in causis prophanis, & inter Laicos. In terris autem Imperij in causis Ecclesiasticis tantum, vel mixtis fori, aut inter personas Ecclesiasticas, ex his, quæ notat glof. in cap. 2. in ver. Lex civilis, vers. Sed quid dices de arbit. lib. 6. & Bart. in l. Privilègia, num. 2. Cod. de Sacrosanct. Eccles. Sed in causis temporalibus inter Laicos, & in terris Imperio subiectis solus Imperator dat iudices appellatione remota, ut est textus in l. 1. §. final. ff. de quib. appellat. non licet. Per hoc tamen non excluditur quin idem possint alij Reges, & Principes non cognoscens Superiorem in temporalibus, quia est eadem ratio, ut firmat Bart. in d. §. fin. non. 3. Anton. de Butt. in cap. Venientes, numer. 8. supra de iureiur. Felin. in hac rubr. numer. 2. & in cap. 1. in princ. de rescripto, plenè Roland. à Vall. cons. 29. Quæritur an à sententia numer. 13. & 15. vol. 1. Prædictis non adverteatur, quod appellatio sit defensio, cap. Cum specialis, §. Però infra eodem, & defensio sit de iure naturali, l. Vi vim, ff. de iust. & iur. Clem. Pastoralis de re iudic. ius autem naturale à Principe tolli non possit, ut in Summa §. dist. & §. Sed naturalis, infra de iur. & natur. gent. & civil. & notant Innoc. & alij in cap. Quæ in Ecclesiis, supra de consuet. Nam, ut respondeat hic Præpof. num. 7. Quavis defensio ipsa tolli non possit, tamen modalitas, seu forma defendendi bene potest tolli, cum fuerit inducta de iure positivo, ut in simili notat Bart. in Extravag. Ad reprimendum, in ver. Sine figuræ, & tenet hic Butr. num. 4. & in c. 1. col. 1. supra de rescripto.

Limitat conclusionem superius firmatam glof. 1. in l. fin. Cod. de sentent. & interlocut. cum. iudic. ut procedat tantummodo in appellatione à sententia definitiva; secus in appellatione ad interlocutoria, quam removere possunt etiam inferiores iudices in subdelegatione causarum; & illam glofiam sequitur, & extollit ibi Bartol. num. 4. dicens neminem posse nisi solum Principem committere causam appellatione remota à diffinitiva.

Y 2

V 3

va, sed bene sub interlocutoria. & subdit de hoc esse ibi casum notabilem. Hanc etiam limitationem dicit esse mirabilem Abb. hic d. num. 4. vers. Vide ad predicta.

Contrarium tenet idem Bartol. in praedictis. l. fin. num. 2. ubi concludit iudices nec a diffinitiva, nec ab interlocutoria posse appellationem removere. Idem tenent Alber. in dicta l. fin. in princip. Cod. de sentent. Praepos. hic num. 13. vers. Secundus casus: & Dec. num. 11. Probatur haec opinio duplici fundamento. Primum est, quod adducit Bartol. nempe quia hoc effectollere ius Superiores, ad quae appellatur, quod non potest inferior. argum. l. penult. ff. de aqua plu. arce. & est textus optimus in cap. Venientes. de iureiur. Alterum fundamentum est, quia cum iudex non possit non deferre appellatiōi legitima, ut notat Abb. in cap. De priore supra eodem. consequenter nec potest hanc facultatem alteri subdelegare, cap. Nemo potest plus iuris, de regul. iur. lib. 6. Et ita tenent. Non obstat textus in dicta leg. fin. Cod. de sentent. Quoniam intelligi debet de appellatione frivola, quam iudex potest removere in subdelegatione causae secundum Bartol. in dicta l. fin. & ad obiectum Abbatis, quod secundum hunc intellectum illa lex esset supervacua, quae tamen videtur edita cum magna solemnitate; respondeo ut hic per Dec. num. 11. post Alber. in d. l. fin. in princ.

Secundo nota in vers. Nos igitur attendentes, clausulam utcumque odiosam, & restringibilem appositam in rescripto ita esse intelligendam, ut aliquid operetur ultra jus commune. Clausula enim, appellatioe remota, est valde odiosa, quia appellatiōis remedium nec Diabolo denegandum foret si esset in iudicio, ut dixit Rota decis. 16. num. 3. de dol. & contumac. in nov. per textum in cap. Cum inter, supra, de except. & cap. Cum spectati, infra eodem; & tamen quia si intelligeretur de appellatione frivola nullus esset effectus, cum talis appellatio iam remota esset de iure antiquo, ut notatur in cap. Ad Romanam, & cap. sequent. 2. quast. 6. idcirco intelligitur, ut locum habeat etiam in appellatione legitima, ut sic aliquid operetur ultra terminos juris communis, ut hic patet. Frustram enim precibus impetratur quod de iure communi competit, ut leg. 1. Cod. de iusjur. lib. 10. & leg. 1. §. Quod beneficium, ff. de municipal. & notat gloss. 1. in cap. 1. supra, de rescript. & ita ex hac litera deducit Abb. Antiqu. numer. 5. quem sequuntur communiter Doctores. Unde Baldus num. 2. similiter colligit ex textu expressione ejus, quod tacite inest, habere aliquid augere; allegat concordantem leg. 3. Cod. si pend. appellat. mors interm. & Butr. num. 3. notat clausulam privilegiant sonantem contra jus in dubio debere intelligi ut in aliquo detrahat iuri, vel addat; ad hoc cap. Si papa, de privileg. lib. 6. leg. ff. Si quando. Cod. de inoffic. testam. & dicit leg. 1. in fin. ff. de municipal. sequitur Abbas Stielus in secundo notab. Quod nota perpetuo pro statuto, ut hic per Bald. num. 3.

Facit quod notat Dynus consil. 32. Quastio

calio est, Ordinamus: in princip. & per totum, ubi pluribus firmat statutum debere interpretari ut non fit de casu indubitabili, & à jure communi deciso. Idem voluit Federicus de Senis consil. 109. Quastio, num. 2. vers. Nec est verisimile: cum enim, inquit, lex debeat esse utilis, & necessaria, cap. Erit autem lex, 4. dist. 1. quam utilitatem sequimur si solum jus commune continet; ut quid membranas occupat? Eandem theoriam posuit Bartol. in leg. 4. §. Praetor ait, num. 15. ff. de dam. insec. ubi dicit statutum debere intelligi ut aliquid addat iuri communi, quia aliis nihil operaretur: & sequuntur Roman. consil. 83. Licet iure communi, numer. 2. vers. Nec praesentia sententia. Alexand. consil. 196. Per speciem, numer. 2. lib. 6. & alibi passim Doctores. Quoniam secundum Abb. hic numer. 2. vers. Et adde ad predicta: & Praepos. num. 3. vers. Et ideo infert, quando dispositio statuti esset prorsus inutilis intelligendo verba ut jaacent, debent verba impropriari ut aliquid operentur, licet dispositio sit odiosa, & penaliter, ut singulariter probat textus in cap. Sententiam, in fine de sentent. excomm. lib. 6. Et idem voluit hic Baldus, dicens de hoc esse textum meliorem de jure in l. hereditum, §. fin. ff. ad Trebell.

Tertio nota ibi, Est non fuisse inhibita: appellationi frivole defendendum non esse, licet appellatio in rescripto non sit remota: & est ratio, quia cessat causa finalis appellatiōis, quae fuit ad removendam gravamen, ut cap. Suggestum, supra eodem. Frustratorie autem appellans non censetur gravatus, ut hic per Praepos. in 1. notab. de quo latius dicam, infra num. 20.

Quarto nota ex textu per clausulam appellatione remota, prohiberi appellatiōem probabilē, & ex iusta causa interpositam, dummodo tamen causa hujusmodi non sit in iure expressa, ut hic est casus secundum omnes, qui non reperitur alibi. Sed an hodie hoc sit correctum per Decretalis. Verbi debuit, infra eodem, plene dicam infra in gloss. 1.

Ultimo nota ibi, gravamen huiusmodi per Superiorem poterit emendari. Quod etiam si clausula, appellatioe remota, tollat appellatiōem legitima, quae à jure non indulgetur expresse; tamen si iusta sit causa gravaminis, poterit gravatus adire Superiorem etiam per modum appellatiōis: nam etsi aliquid, praesertim Hostiens. numer. 1. in fine, vers. Aut ex causa non expressa in iure, & Joann. Andr. numer. 4. in ver. Emendari, magis probaverint intellectum ut hoc casu gravatus adire possit Superiorem per viam supplicatiōis, seu querelae. Argum. l. 1. ff. de offic. Praefec. Praetor. juncta Authen. Quae supplicatio. Cod. de precib. Imperat. offerent. & cap. Tum ex litteris, cum ibi notat, supra de in integr. restitut. Verior tamen intellectus habet ut id liceat etiam per viam appellatiōis, ut clare innuit haec litera dum dicit, sed si appellans fuerit gravatus, poterit gravamen huiusmodi per Superiorem emendari; & sic aperte supponitur fore audiendum per viam appellatiōis: non enim diceretur appellans nisi appellare, ut inquit Abb. Antiqu. num. 3. in eodem vers. Sed si appellans, & hanc opinionem dicit magis communem

munem Abb. num. 17. vers. Sed opinio. Hinc etiam intellectum communem esse attestatur Praepos. num. 1. vers. 6.

Quod si obijcies: Quid ergo operabitur eluvina, appellatioe remota, si etiam in casibus non expressis in iure gravatus poterit appellare? Respondeo, haec appellatio non operabitur respectu iudicis à quo, sed respectu iudicis ad quem, ut sic devolvat negotium ad eum, sed non suspendat jurisdictionem primi iudicis, ut hic declarat Botrus num. 2. & numer. 5. vers. Alius est effectus, & Abbas numer. 9. & hoc intendunt Abb. Antiqu. num. 5. Hostiens. numer. 2. vers. Tu dicam expresse, & numer. 4. in ver. Ingle. Joann. Andr. eodem numer. vers. Ex hoc secundo, dum dicunt iudicem à quo non teneri hoc casu appellatiōem deferre, docentes praesentem, videlicet ut iudex tradat libellos, seu Apostolos retractorios, in quibus exprimat; & ideo non detuli, quia causa non erat expressa in iure, & appellatio remota fuerat in rescripto, ut cap. Cordi, §. 1. infra eodem lib. 6. Qui intellectus potest etiam confirmari ex eo quod etiam Concilium Tridentinum in multis casibus removerit appellatiōem, puta in causa visitationis, & correctionis, & ante diffinitivam, ut in cap. 1. sessio. 13. & cap. 20. sessio. 24. & tamen Sacra Congregatio eiusdem Concilii interpres declaravit in illis casibus esse inhibitam appellatiōem ad effectum suspensivum tantum, sed non devolutivum, ut scripsi plenus in cap. Super eo, §. de secundo, numer. 20. & 30. supra eodem: & ita non habet stylus Curiae, ut hic attestatur Collectar. numer. 1. ubi ait Curiam tenere ut clausula, appellatioe remota, quo ad partes nihil operetur quoniam semper ex causa iusta possit appellari, sed bene quo ad iudicem ne teneatur deferre; & ita removerit appellatiōem suspensivam, sed non devolutivam. Hinc autem resultat notabilis effectus: nam etsi appellatio admittibilis ad utrumque effectum suspendat jurisdictionem iudicis à quo, itur quidquid sit per ipsum post interjectam appellatiōem revocari debeat tanquam attentatum, ut cap. Non solus, infra eodem lib. 6. tamen secus est quando iudex à quo non tenetur appellatiōem deferre, & sic inhibita est appellatio suspensiva, sed non devolutiva: nam tunc gravamina per ipsam illata post appellatiōem non revocabuntur per viam attentati, sed per viam querelae, cum illius jurisdictione non sit suspensa, ut hic bene per Abb. dicit num. 15. vers. Et intellige, & latius dicam infra num. 30.

In glossa prima QUÆRO, An clausula, appellatioe remota, hodie aliquid operetur, & quid.

Ad evidentiā praeimito (quod spectat ad rem praesentem) quatuor esse species appellatiōis secundum Petrum de Sampion. & Abb. Antiqu. hic num. 2. & Joann. Andr. num. 5. Prima est manifeste frustratoria, seu frivola, veluti cum quis appellat à sententia super notorio crimine, vel de quo in iudicio confessus est, ut cap. Romana, §. Si autem post sententiam, infra eodem lib. 6. Secunda est latens frustratoria, ut cum appellatur ex causa

legitima, sed non vera, puta si quis appellat quia trahitur ultra duas dietas extra diocesim, quod tamen non est verum, ut cap. Otium, supra, de except. Tertia est latens probabilis, veluti cum appellatur ex causa probabilis, & vera, non tamen expressa in iure, ut in dicta cap. Romana, §. Quod si apparuerit. Quarta est manifeste probabilis, veluti cum appellatur ex causa expressa in iure, cuius veritas est notoria, ut patet in cap. Accedens, §. secundo, supra. Ut live non contest. & in c. Cum R. de offic. deleg. cum concord. de quibus infra num. 21.

His praemis ad aperiendam quæstioni veritatem aut omnia excludam casus non dubios, & erit bonus modus solvendi ne fit prolixia distinctio, ut docuit Joann. Andr. in cap. Cum sunt partium, num. 6. vers. Ad aperiendam, de regul. iur. lib. 6. in Mercator.

Primum igitur extra dubium est, clausulam, appellatioe remota, nihil operari respectu primae speciei appellatiōis, scilicet manifeste frustratoriae, quia tali appellatiōi nec iustitia defert, nec est iudice defendendum, etiam si appellatio in rescripto non sit inhibita, ut hic patet aperte in vers. Nos igitur attendentes: & in cap. Cum appellatiōibus, infra eodem, lib. 6. & notatur in cap. Ad Romanam, §. prima, 2. quast. 6. Atque ita haec species appellatiōis semper inhibetur à iudice, & à iure, ut inquit Abb. Antiqu. dicit num. 2.

Similiter extra dubium est hanc clausulam, appellatioe remota, nihil operari respectu appellatiōis quære speciei, quae scilicet à jure indulgetur expresse, ut hic est casus secundum

Joann. Andr. & omnes in summa. Unde talis appellatio secundum Abb. Antiqu. semper admittitur à iudice, & à jure, ad hoc autem, ut appellatio dicatur expresse à jure indulgetur, non requiritur ut jus permittat appellatiōem in eo casu, in quo remota est appellatio in rescripto juxta terminos, cap. Ex parte, & cap. Postremum, supra eodem, & cap. Ex coqueione, supra de rescript. foliat. ut patuit gloss. 1. hic, quae nimis restringit dispositionem hujus Decretalis. Sed satis est, ut appellatio sit expresse in iure approbata, licet jura non loquantur in casu appellatiōis in rescripto inhibita, secundum Host. numer. 3. in vers. Tu dicam expresse, cum quo transsumt commutiter

Doctores, ut testatur Abb. num. 14. Exempla patent in cap. Significavit, in cap. Radolphus & cap. Significavit, supra de refer. in cap. Exhibita, de iudic. in cap. Dilecti, cap. Dilecti, & cap. Significavit de except. & in cap. Significavit, supra eodem. In his ergo, & consimilibus casibus in quibus jura expresse indulgent appellatiōem, nihil operabitur clausula, appellatioe remota. Et est ratio secundum Abb. num. 14. quia ex quo jura permittunt expresse appellare, gravamen censetur notorium; & ac proinde nihil debet operari remotio appellatiōis, arg. cap. Secundo requiritur, supra eodem, & est textus singularis in dicta cap. Ex coqueione de rescript. foliat. ubi gloss. penult. ex eo textu colligit remotionem appellatiōis in litteris non impedire appellatiōem, ubi manifeste quid gravatur, quam glossam sequuta est Rota apud Puteum decis. 41. 4. lib. 3.

25 Rursus extra dubium est appellationem secunde speciei, scilicet latentis frustratorie, etiam in rescripto non sit remota appellatio, non esse admittendam ubi constat de salutate cause. Ratio est, quia tunc definit esse latentis frustratoria, & transit in primam speciem manifeste frustratorie, que semper recipitur, ut dictum est supra in prima specie numer.

26 Oportet enim causam in appellatione exprimentam non esse probabilem, sed etiam veram, ut cap. Interposita supra eod. & dixi in cap. Super eo, id secundo num. 4. supra eodem. Sed antequam constet de salutate cause, quamvis huiusmodi appellatio non admittatur a iure, a quo nulla falsitas approbatur; tamen admittitur a iudice, secundum Abb. Amiq. Atque ita hęc appellatio latentis frustratoria, quamdiu non apparet falsitas respectu iudicis regulariter perinde ac si esset latentis probabilis. Unde in solutione questionis omnia appellatione latentis frustratorie, agemus tantum de tertia specie latentis probabilis, sub qua respectu iudicis includitur latentis frustratoria. Qua ratione, & Innocentius hic numer. 1. posuit tres tantum species appellationis, videlicet frivolas, cui nunquam est deferendum; & expresse concessam a iure, cui semper est deferendum; & mediam, ut cum quo gravatur in casu, in quo appellatio non est a iure expresse concessa, veluti datur dilaciones, vel nimis breves, vel non tot, quot sufficiunt.

Demum extra dubium est non obstante clausula, appellatione remota, appellationem probabilem, que a iure non indulgetur expresse, admittendam esse ad effectum devolutivam, quia talis clausula appellationem devolutivam non tollit, ut dixi supra in ult. notab. num. 15.

26 Quibus ita constitutis, dubium ad hoc restringitur, videlicet an iudex datus cum clausula, appellatione remota, teneatur deferre appellationi probabilis, & ex iusta causa interposita, que tamen a iure non indulgetur expresse.

Glossatores hic, & in cap. Ut debuit, infra eodem, & alibi ubique que attingunt hunc articulum, communiter in ea sunt opinione, ut hodie clausula, appellatione remota, nullius sit effectus. Et quidem respectu appellationis manifeste frivole, & respectu appellationis, que expresse indulgetur a iure, hoc est clarum.

Quo vero ad appellationem probabilem movetur, quia predicta clausula non tollit appellationes in iure expressas, ut hic deciditur sed hodie in iure expressam est, ut licet appellare ex quacunque causa probabilis, ut in dict. cap. Ut debuit, infra eodem. Ergo huiusmodi clausula non tollit appellationem ex quacunque causa probabilis interpositam. Atque ita in effectibus glossę sentiunt hanc Decretalem esse correctam per illud cap. Ut debuit, & consentit Innocentius hic numer. 1. vers. Sed hodie remota est hęc Decretalis, & in dict. cap. Ut debuit dicens hoc esse tenendum, licet alii aliter somniverint. Et pro hac opinione videtur textus in cap. Educere, supra de rescriptis, ubi quamvis inhibita sit appellatio, tamen potest ex rationabili causa appellari.

Sed his non obstantibus in oppositum est magis communis opinio, quem tenent hic Abb. Antiqui, numer. 3. & 4. Holt. numer. 8. vers. Sed si bene advertas, Joann. Andr. numer. 13. Collegiar. in princip. Bellam, numer. 3. in 2. & 3. quęst. Butr. numer. 5. & 7. & communiter Doctores sequentes, ut testatur Abb. Sicul. numer. 8. & sequitur Philipp. Franch. cul. 3. vers. Sit ergo conclusio, dicens ita residere communiter omnes Doctores hic, ut in dict. cap. Ut debuit. Hęcigitur sit conclusio, ut iudex procedens cum clausula, appellatione remota, non teneatur deferre appellationem ex causa probabilis interposita, que in iure expresse non approbatur, & hoc cap. non sit correctum per Decret. Ut debuit, quod exprimit probatur triplici consideratione. Prima consideratio est, quia textus in cap. Inquisitioni, infra eodem, qui emanavit post Decretalem, Ut debuit, decidit clausulam, appellatione remota, in medio litterarum appositam referri ad precedentia, quibus annexitur, non autem ad sequentia. Quod utique ille textus non fecisset, si huiusmodi clausula post cap. Ut debuit, nihil operaretur. Secunda consideratio est, quod illud cap. Ut debuit, non loquitur de appellatione interponenda a sententia diffinitiva, sed ab interlocutoria tantum. Hoc autem cap. loquitur indistincte, & sic de appellatione tam a diffinitiva, quam ab interlocutoria. Ergo non est verisimile, ut illa Decretalis voluerit hanc corrigere indistincte. Tertia, & validior consideratio est, quia predictum cap. Ut debuit, non loquitur in iudice dato cum clausula appellatione remota, hic vero deciditur casus, in quo specialiter remota est appellatio in rescripto. Ergo (ut verbis Host. utar) que necessitas, que æqualitas, que utilitas (que iustitia, que ratio, imo potius, que iustitia est, ut questionem specialem tam seriose, tam rationabiliter cum distinctione hic solum per illam generalem Constitutionem cogit dicere abrogatam? Nec est hęc sana doctrina, secundum quam speciei per genus decahitur; imo potius edocemur in omni parte juris generi per speciem derogari, l. in tuo, ff. de reg. iur. & notatur in cap. 1. ad fin. supra de rescriptis, & in cap. Studuisti, §. 1. in princip. de Off. legat.) Ita Host. Cujus verba transcripserunt Joann. Andr. numer. 13. Bellam. in tertia quęst. & alii præcitant.

27 Non obstat textus in d. cap. Educere, de rescriptis, quia dum decidit a sententia iudicis procedentis appellatione remota posse appellari ex rationabili causa, intelligi debet id est in iure expressa, ut sic illa Decretalis declaratur per istam, ut l. non est novum, cum l. seq. ff. de legib. secundum Host. hic numer. 2. in ver. Expresse, & Joann. Andr. eodem numer. Crver.

28 Ex his habes primum effectum huius clausule, appellatione remota, quia tollit omnem appellationem, que expresse non reperitur a iure concessa, ut fuse ostensum est supra.

28 Secundus effectus est, quia iudex a quo non tenetur huiusmodi appellationi deferre, ut similiter patet ex dictis, unde & poterit sententiam suam executioni demandare, ut colligitur ex cap. Pastoralis, §. Præterea, de Off. deleg. & hic notat Abb. numer. 9. cum enim appellatio

pellatio aliis suspendat iurisdictionem iudicis a quo, hunc effectum tollit clausula, quia iurisdictione non suspenditur nisi iudex a quo deferat appellationem, vel nisi fuerit inhibitus a iudice ad quem, ut cap. Roman. de appell. lib. 6. vel nisi Superior delibet de appellatione admittenda, tunc enim primi iudicis iurisdictione suspenditur ab eo tempore, quo ex certa scientia appellationem admittit, ut d. §. Præterea, & notat Butr. hic numer. 5. vers. Primo enim appellatio.

Tertius effectus, qui ex precedenti consequitur est, quia iudex non deferens appellationi quantumcumque probabilis non incit in penam cap. Decret. 2. quęst. 6. ex quo appellatio a iure non indulgetur expresse; hoc enim facit juris auctoritate; unde Principis maiestatem non contemnit, nec peccat, c. Qui perit, 23. qu. 4. & l. Gracchus Cod. ad leg. Jul. de adulter. secundum Host. hic numer. 9. Butr. numer. 5. vers. Ex hoc secundo, & Abb. numer. 10.

30 Quartus effectus est, quia cum innovata vocati appellationem interpositam ante omnia revocari debent per iudicem appellationis tamquam attentata, ut cap. Non solum infra eodem lib. 6. Hoc operabitur clausula appellatione remota, ut non revocentur per viam attentati, vel nullitatis, & ita tenent omnes teste Franch. hic col. 3. & Put. decis. 328. in princip. lib. 2. Quoniam cum iurisdictione iudicis a quo non sit suspensa, processus non est irritus nisi in casibus, quos posui supra proxime in secundo effectui. Per Superiorem tamen poterit revocari per viam querelę, ut concludunt Host. numer. 9. vers. Quarto quod si pendente Joann. Andr. numer. 4. in ver. Emendari, Butr. numer. 5. vers. Tertius effectus, Abb. numer. 11. & plerique alii.

31 Hi sunt præcipui effectus clausule appellatione remota. Sed in universum Philipp. Franc. hic cul. 3. circa med. vers. Operatur ergo primo, prosequitur septemdecim effectus, quos prædicta clausula operatur, & octo decim Præpof. numer. 32. vers. Succedit tertia quęstio in principis.

32 Adverte tamen ad id, quod idem Præpof. dixit numer. 22. videlicet de consuetudine clausulam, appellatione remota, nihil operari, allegando Host. in Summ. de Off. deleg. §. Quod sit eum Officium, vers. Quod autem hęc clausula, Specul. eod. tit. §. In quibus, vers. Ergo dicit, Lap. alleg. 128. Ang. l. in l. fin. Cod. de sentent. & interlocutor. omn. iudic. & Butr. hic circa fin. Adverte, inquam, ne decipiaris, quia hoc intelligi debet quando huiusmodi clausula apponitur in litteris executorialibus, que expediuntur per contraitas, ex quo dantur sine aliqua cognitione cause, & passim in omnibus clausula apponitur; & hoc casu tenenda est opinio Host. ubi supra: nam, ut ait Bald. hic in 1. oppos. [cum hodie dicta clausula apponitur potius de stylo generali (intellige in litteris executorialibus) quam de ministerio speciali, sonat potius in quandam mentionem, videlicet, ut non deferatur appellationi frustratorie, quam quod in aliquo deroget, & juri communi] Hęc Bald. Secus vero si dicta clausula apponatur in rescripto commissionis, quia cum Princeps vel Signatura talem clausulam non apponat nisi cum causa cognitione; tunc bene operatur affectus suos. Ita singulariter declarat Rota apud Put. decis.

328 in princip. in una Hispanen. lib. 2. De quo die laicus ut scripsi in cap. Studuisti, in 1. quęst. num. 4. supra de Off. leg.

DE APPELLATIONIBUS.

Cap. Cum causam.

S U M M A R I U M.

1 Advocati confessionem eadem die revocantam, si iudex velit habere pro lite contestata, vel processum subdelegati ratificet, ab eo licite appellatur.

2 Delegatus ab alio quam a Principe non potest causam alteri delegare.

3 Delegatus inferiori a Principe ad universitatem causarum potest unam causam subdelegare.

4 Delegatus ad universitatem causarum Ordinarius equiparatur, & numer. 15.

5 Et idem potest quod Ordinarius. Et ab eum sententia non appellatur ad Delegatum, sed ad Superiorem ipsius Delegati numer. 7.

6 Ordinarius dicitur cui causarum universitas est commissa.

8 Auditor Nunciatus non potest cognoscere causas ad Nunciaturam pertinentes, quamvis non habeat requisita c. Statutum, de rescriptis lib. 6. & Concl. Tridentin. cap. 10. sess. 24. & numer. seq. usque in fin.

9 Auditores Nunciaturarum non possunt cognoscere causas appellationum a sententia Episcopi, vel eius Vicarii in criminalibus lata.

10 Et sententia ab eis lata in causis appellationum huiusmodi non sustinetur ex communis errore.

11 Auditores Legatorum an habeant iurisdictionem ordinariam, vel delegatam, & numer. seq.

12 Legati equiparantur Proconsulis Provinciarum. Legati Proconsulis delegati non habent ordinariam iurisdictionem ibidem.

13 Auditores Legatorum an consentiant Ordinarij, licet causas cognoscant ex delegatione specialis.

14 Ordinarius ex speciali commissione non efficitur Delegatus.

1 CUM CAUSAM. Si iudex confessionem Advocati eadem die revocantam pro lite contestata velit habere, vel processum a Subdelegato factum ratificet, ab eo licite appellatur. Hoc dicit secundum Joan. Andr. & omnes.

2 In Glossa in verb. Delegatus, circa finem, vers. Et quod dicitur nota bene hanc glossam, quia atsi Delegatus ab alio quam a Principe non possit causam alteri delegare, ut dicitur hic in textu circa finem; tamen ut dicitur cit glos. hoc intelligitur de eo, qui est Delegatus ab inferiori a Principe ad unam causam tantum; secus vero si ei esset delegata universitas causarum, quia tunc bene possit unam causam alteri subdelegare, leg. Cum Prator, §. 1. ff. De iudic. leg. Legatus, secundum unam lecturam, de qua ibi in glos. ante ff. de off. Proconsul. & Legat. & voluit Bartol. in leg. Mure, numer. 11. ff. de iurisdic. omni. iudic.